



JOH. FRID.

BECHMANNI

Vinarienſis

EPIGRAMMATUM LIBRI OCTO,

Quorum Quinque priores de

VITA

JESU CHRISTI,

Tres poſteriores

Variis ex argumentis ſine ullâ ſyllabarum eliſione compoſiti,


&

curante fil.

JOHANN-VOLK. Bechman/ Hereditario in Obern Tröbra/ JCto & Anteceſſore,

Editi JENÆ


cIↄ Iↄc LXXI.



Candido Lectori

Salut. D.

IANN-VOLK. Bechman/ JCtus.





Ræstantissimæ Artis *Poeticæ* incunabula & principia quidam tribuunt viris θεοπνεύστοις. in hanc rem allegant Hieromum, qui in *Præfat. Jobi* scrit, etiam *ligatam* orationem à 3. v. 3. ad c. 44. v. 6. haberi &c. nde & forte Ebræi *Poëtam* vont משורר *cantorē*, & sic *cantica* ntinuerunt *carmina* & *metra*,



inter quæ eminet שיר השירים
nobis omnibus cognitiſſimum
Nec libet alia congerere, quibu
ſuam opinionem juvare conan
tur. Alii abſentiunt, cumprimis
quòd cæſura nulla, aut modic
apud Ebræos contineatur, nu
losque tales pedes habeant, qua
les *Latini* & *Græci*. Accedit
hoc, quòd pleræque Ebræoru
ſyllabæ *longæ* ſunt, quâ de re v
deri poſſunt illi, qui de *Re Poët*
câ Ebræorum ſcripſerunt. I
ſaltim addiderim, quod Jo
phus *Scaliger* (*aliàs* Ἑβραϊκὼ
ἴδατος, *aliarumque Orientaliu*
Linguarum peritus) videatu
vim inferre ſententiæ Hieron
m

ni, cum ille tantùm *Syllabas* Ebræorum intelligat. Sed nolim, ut referar inter *Palæmones* hujus rei. Hoc tamen certum eſt, quòd antiqui Poëtæ *Orpheus* & *Linus* etiam in *ſacris* carminibus fuerint occupati, hymnosque compoſuerint. Hùc etiam referres carmina & oracula *Sibyllæ*, niſi ea vel prorſus eſſent hypobolimæa, vel ſaltim quoad nativitatem & myſteria. J. C. interpolata(α). Et, quòd *Poëſis* rebus magnis & excelſis fuerit olim admota, palàm eſt, quòd *Solon* Græcus legislator (qui eminuit Olympiade XLVI) ſcripſit de Athe-

(α) *Vid. Voſſ. de Poët. Græc. c. 1.*

theniensium Repub. *Elegias*, qu
versibus *quinquies mille* consti
tisse dicuntur(β). Sic *Tragici* poë
tæ jus nobilissimum *Naturæ* &
Gentium sibi potissimùm decla
randum proposuêre, sicut ho
apparet ex subtiliore inductione
Hugonis Grotii Libris de J.B.& P
in quibus multa omninò debe
illis *Poëtis*. Et, quod maximum
est, Apostolus Paulus, in *Poëta*
rum scriptis perquàm versatus
usus fuit authoritate *Poëtæ Arat*
Act. XVII, v. 29. *Menandri* I. Co
rinth. XV, v. 33. & *Epimenidis* a
Tit. I, v. 12. Hæc, quæ subante
de *Sacrâ Poësi* dicta sunt, velim

ac

(β) *Meurs. in S. c. 5.*

accipias de verſibus, quos diviniorís Spiritus homines putantur datâ operâ compoſuiſſe. Nam quòd verſus *fortuiti* in S. Scripturâ inveniantur, fortè dubium non eſt, hiq; etiam habentur in noſtro *Corpore Juris*. Illorũ non modicum numerum *alio die* recenſui; quæ *Poëſis* etiam occurrit in aliis Autoribus, ſicut hoc planiſſimè probat *Libellus Græcus de metris in proſâ*. Ex quibus hoc colligeres, quod *poëſis* primùm fuerit *ſacris* uſibus deſtinata; Succeſſû temporis alios in fines exculta, & *profanata*; Sicque à divinitate ſuâ receſſit; Poſtea autem, cum J. C. infans in ſpem terrarum Or-

bis natus fuit, *poësin* priſtinæ dignitati demum reſtitutam eſſe cenſeres; dum *Angeli* (πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου, veluti *I. Reg. c. 22. v. 19.* vocantur צְבָא השמים) & *paſtores* recens nato *JeſuChriſto natalitium carmen* cecinerunt *Luc. 2. v. 13.* quâ de re libet ſubjicere ea, quæ habet ὁμόψηφος *Auguſtus Buchnerus* (γ) ibi: *Ita igitur habeo; itaque animum meum induco, ſancitam* Angelorum cantico *denuò ac vindicatam fuiſſe præſtantiam artis* (*poëticæ*) *ac dignitatem, cui cum nemine dignum ſatis commercium eſt, qui non humana ſupra atque ter-*

(γ) *part. 1. prog. 149.*

terreſtria erexit animum. Et paucis interpoſitis: *Cœterùm cum à* paſtoribus *traducta ad Servatoris caſam & cunas Poëſis eſt, in ſua exordia, & velut infantiam rediit, atque ſic nata iterum quaſi eſt. Namq; & antè inter Paſtores primùm ceperat. Neque enim vetuſtius atq; antiquius carminum genus Bucolico ſeu Paſtorali invenias.* Et hæc etiam *Beatum Parentem meum* moverunt, ut his *quinque* libellis ſuis præſcripſerit nomen *Paſtorum* & *novorum* Poëtarum *Jeſu Chriſti.* Ex veterum (cumprimis *Bernhardi Sermone VI. de Natali Domini* aliorumque) opinione *tres* ſub

Proſopopœiâ induxit, ut inſerviret *ordini* carminum, quod præmittendum erat, ne quidam exinde eum *ſuperſtitionis* reum poſtulent, & pipulo differant, *iratâ tamen juſtitiâ*. Sacratioris materiæ argumentum hoc, quod Libris *quinque* tractatur, nemo ſatis deprædicare poteſt, niſi θεόγλωσσος, in quem divinus cœleſtisque Spiritus intravit. Tandem quod attinet ipſa *B. Parentis mei Epigrammata*, judicium *candido Lectori* relinquo, nec ea ἀκαίρως commendo, ne videar ipſi & mihi ſcribere *Panegyricum*. Vale. Dabam Jenæ Cal. Aug. M DC LXXI.

Ad

Ad
Virum Præ Clarissimum

Dn. Johan. Frid. Bech-mannum.

FOns ut effluit è suâ scatebrâ
Vitro lucidior, sereniorque:
Tam purè tua complicas ligata
Metra, tamque decenter: *omnibusque*
Nil eliditur in tuis libellis.
Hinc plicant capiti tuo Coronam
Cæsar, Pieridesque gloriosam.

Amicitiæ e. scrib.

Wilhelmus P.P.

Ad

Ad Lectorem.

I.

SI terit atque probat nemo mea Scripta, ſat eſto
Quando terit Libros *blatta* probatque meos.

II.

Pauca ſat Ingenii ſi laudas Carmina, ſed nil
Omnia Judicii, ſi reprehendis habes.

LIBER

LIBER PRIMUS
De
INFANTIA JESU
CHRISTI,
sub
Prosopopœia
Trium Pastorum Beth-lehemiticorum.

Joh.



PRIMI PASTORIS E.

de

INFANTIA
ESU CHRISTI.

I.

Ad Infantulum Jesum.

TE cantillo dies, mea Lux, noctesque licet nox
Absolvat laudes nulla, diesque tuas.

II.

Ad Eundem.

esperitina silent, sine te, mea Carmina, suntque
Matutina mihi tempora, nox & hyems.

III.

In Natalem Ejusd.

issa novam lucem nox accipit, incipit inde
Nox fieri brevior, longior esse dies.

IV.

ic in principio qui condidit omnia, turpi
Natus & in stabulo qui fuit, ille fuit.

V.

genitus genitus Deus est, Ædilis is Orbis
Gemmifer ac animæ Dux opiferque meæ
d cunas hodie visum quid stamus? eamus;
Quo sacra sit facies sparsa decore Dei?

VI.

ost pecudes ridens inamænis clausa cavernis
Vagit in illectis, Lux mea, fasciolis:
ujus lilia sunt malæ, duo sidera gemmæ,
Alba ligustra genæ, binaque labra rosæ.

Smegma nurus Matri resides afferte, lutosa
Fascia ne Domini polluat ora mei.

VII.

Ite Palestinæ quot sunt & in Orbe puellæ
Conspectum vestris ite foras oculis,
Quam sit formosus Puer hic & amabilis Infans
Ulva sub armentis quem sabulosa tegit.
Mille Puer Charites, vestrasque præaltius omnes
Ille Venustates solus & unus habet.

VIII.

Hic Nasarea jacet Solymæque suprema Venustas,
Omnis Idumeæ gentis amabilitas.
Hic Taburi gliscunt Libanique virentia tempe
Hortus & Engaddi quicquid apricus habet.
Hic Cilicum fragrant Arabumq; rosaria, dulcis
Ac odor Hesperio qui fluit à nemore.
Illibi quisquis eris, submissius ito, Deus qui
Ante fuit visus nullibi, dormit ibi.

IX.

Ad Infantulum Jesum.

Qui fuit excelsus satus excellentior astris,
Orbeque jam major, Matre fit ille minor.

X.

Non minor hic Puer est, sed maximus ille Propheta
Sit licet in Cunis sub stipulisque minor:
Ut Sol non minor est, sed maximus ille Planeta,
Sit licet in nostris sensibus ille minor.

XI.

De B. Domini Matre.

Non habet hæc tantum sua gaudia Mater in ulnis,
Hæc quoque, quæ mea sunt gaudia, Mater habet

XII

XII.

Ad Infant. Jesum.

ſpideas cœli, mea Lux, cur deſeris arces,
Triſteque præſenti nocte cubile ſubis?
ic ubi frigus iners, male propter ſartaq; tecta
Cana replet Cunas nix Boreasque tuas.
ic ubi fimus olens, tam lotia multa, quid? eheu
Hac in ſtercoreâ quid facit æde Deus?

XIII.

arve Puer verno rubicundior ore roſeto
Terque repercuſſo polline candidior:
uam tua de fimo ſordent gurguſtia? lecti
Velaque quam tua ſunt ſtrataque futilia?
urribus auratis ad Jaſpida tecta Quirites
Cæſaris, è pecudum ducite ſorde, Deum.

XIV.

ic inter pecudes, meus ignis amorifer, alma
Plorat in exili cum genitrice caſa.
uis fuit hic effrons, ter turpis & Æruſcator,
Hoſpitium tibi qui contulit hoc olidum?
ornibus incurſent pecudes crudelibus illum,
Ad duramque petant calcibus usque necem.

XV.

Hic jacet abnormi regum Rex ſpretus in antro
Atque tenebroſis dormit in attegiis:
erte roſas infra violasque Boaria Muſæ
Lilia cumque ſacris verna Novenſilibus:
os & hyperborei Cauros includite montes,
Ne ſtrepitans Dominum ſuſcitet aura meum.

XVI.

d præſepe tibi, mea Lux, occluditur, in quo
Hoſpes & hoſpitium dulce Viator habet:

Vile subis claustrum potius præsepeque, duris
Quo bubus & fessis pabula dantur equis.
Id præsepe tuo decoratur numine, fitque
Non præsepe tuum vile, sed hospitium.

XVII.

Ad Infant. Jesum.

Vivere non possum, sine te, dum vivere cerno
Me sine te crucior, te sine me, morior.

XIIX.

Vix ulnam superas, sed abhinc ingentibus ulnis
Astra solumque regis, sceptra ducesque tegis.

XIX.

De Cunis Ejusd.

Aulæata domus totâ tibi sordet in urbe,
Regia Thessalicis aulaque porticibus,
Sed specus invisum, dum nasceris, eligis, atra
Hic ubi nocte terit bucera secta cibum.
Cur subis hospitium tam futile, qui tamen orbis
Infra divitias teque supraque geris?

XX.

Hic trepidat mea Lux Aquilonis ab impete, cana
Hybernaque jacet semisepulta nive;
Siste ferox animas Aquilo, strepitusque nivales,
Annon corporeum cernis adesse Deum?

XXI.

Quo sine Sol, sine quo, circumflua cornua Lunæ
Nilque quot albescunt Sidera lucis habent,
Lucis egens tristi juxtim præsepe sub antro
Obstetricatâ nascitur absque manu.
Hunc olidum lecti vice gramen inhamat & ulva,
Fasciolæque loco futilis alga tegit,
Fata nisi pro me Deus hæc adversa tulisset,
Efflerem lacrymis lumen utrumque meis.

XXII

XXII.

In Natalem Ejusd.

Sub nostra Deus est vestitus carne, Deusque
Factus, inaspicuus qui fuit, aspicuus.
Sidereis nihil est formosius orbibus, & te
Hac circumcinctum carne videre Deum.

XXIII.

Nasceris obscura tuguri sub fornice, mundus
Nil ubi nec quicquam lucis Olympus habet.
Sed tua lucis habent satis Incunabula, quando
Ex oculis fulgent astra serena tuis.

XXIV.

Atria fulgentis tua sunt cryſtallina cœli,
Et domus æterni Sardonychata patris:
Ipse per Arctoos extollis Sidera tractus
Ac Antarctoi deprimis astra poli.
Ipse tiaratos regis instaurasque Dynastas
Cuncta tenesque tuo regna patrocinio.
Aurea Persarum tua sunt habitacula, Gadura
Flumina, Myrtoi carbasa mille freti.
Omnia dum tua sunt, cur sparsa Mapalia fumo
Structaque de glauca carice tecta subis?

XXV.

De Solstitio Brumali ad Infant. Jesum.

Lucidus à nobis hodie Sol itque reditque
Longius, & per te nostra salus propius.

XRVI.

De cursu Solis in Perigeo ad Eundem.

Supra si revolat nostro Sol vertice, Solem
Longius à terra me docet esse Globus:

Rursꝰ abhinc niveum quoties se flectit ad Austrum
Ad terram propius Stella diurna redit.
Vah! mea, te placido si pectore, Stella, recondo,
Num mihi Sol aberit longius? an propius?

XXVII.

Ad Eundem.

Nocte quidem possum sine te Sol vivere, possum
Luce tua toto Luna carere die.
Sed sine te, mea Lux, si vellem vivere, cordis,
Par foret ac sine si vivere corde velim.

XXIIX.

Ad Eundem dormientem.

Nil bifidis equidem spectas ubi stertis ocellis,
Utque tuas subeant præcipis astra vices.
Cum tamen evigilas, duo bis tua lumina, tota
Millia quam centum Sidera nocte vident.

XXIX.

De lachrymis P. Jesu in Cunis & undiquaq; effusis.

Sub salicum foliis tua flens arentibus udo
Abstergit lacrymas Mater ab ore tuas.
Barbara cum lacrymis peregrinaque regna salutas,
Adque Patris lacrymis non sine tecta redis.
Præ lacrymis Lasari prope diffluis ante sepulcrum,
Cum lacrymis Solymæ fata suprema vides.
Absque rapit lacrymis nec te Libitina, nec ulla
Vitai lacrymis pars fuit absque tuis:
Cum lacrymis lacrymas has sæpe pererro, tuisq;
Deleo sæpe meas, cum lacrymis, lacrymas.

XXX.

In Imaginem Inf. Jesu.

Haurit purpureum Sol hoc de Sole colorem,
Accenduntque suas Luna Venusque faces.

XXXI.

XXXI.

Gaudia pura bibo, si te de marmore scalptum
Videro, si pictum, gaudia plura bibo.

XXXII.

De Oculis Ejusdem.

His oculis totus bipatentibus utitur orbis,
Et sine, nil oculus conspicit, his oculis.

XXXIII.

Ad Infant. Jesum.

Nausea jam fiunt mihi Sacchara, mulsaq; sordent,
Dulcia cinnameo Salgama trita mero:
Supra mel supra tua sunt opobalsama, si quæ
Oscula sorbillo basia doque tibi.
Sunt instar bifidi tua labra nitentia fontis,
Nectar ab hoc bullit fonte fluitque mihi.

XXXIV.

Ad nos dextellam reflua dulcedine tota
Atque sinistellam porrigis ipse die.
Quæ te non ulnis pia mater suscipit, hujus
Est ilex facies, Caspia mensque silex.

XXXV.

Qui vaga stellarum frenat crystalla, suoque
Clauditur haud ullis numine marginibus:
Quique suis totum digitis incarcerat orbem,
Flens subter rigidis vagit arundinibus:
Hunc cervical olens, vestis detrita, resectum
Sub stipulisque tegit gramen & herba Deum.
Hoc admirando me sæpe fatigat, id omne
Solus apud sensum disputo sæpe meum.

XXXVI.

De B. Matre Domini.

Virgo parit (spinosa tace ratio) peperitque
Indeflorata Virginitate Deum.

Quam formosa diu micuerunt sidera, partus
Virginis auditus non fuit, ille fuit.

XXXVII.

De Eadem Matre Dom.

Casta Deum genuit Virgo, niveisque recondit
Fasciolis, Virgo lacte cibatque Deum.
Virgo Deum manibus stringit, non talis, ut illa
Virgo beata fuit, Virgo beata fuit.

XXXIIX.

De Civibus Palæstinis
ad P. Jesum.

Non intellecto pecudes sermone fatentur
Jam fore promissum præ fore te Dominum;
Sed nec Patricius nec civis inertior illud
Percipit, Indigenæ nec Galilæa tui,
Olli te Geticis delent hastilibus, inde
Esse nec hos homines colligo, nec pecudes.

XXXIX.

De Asino juxtim Præsepe Domini
ad P. Jesum.

Hic asinus matris te cognoscebat in ulnis,
Lunabat plantas ante pedesque tuas:
Hic ad-portabat-te regna Canopica, salvum
Rursus & ad patrios per loca vasta Lares.
Ille Deo flebat te flente, tacente tacebat,
Idque patrabat ope suppeditante tua.
Sidereis Tauros in collibus, Aegocerontes,
Pluraq; si pecudum monstra Mathesis habet:
Abdita cur non hunc asinum super æthera Solis
Ad bissena ferunt signa Mathematici?

XL.

XL.

De Magis Orientium,

ad P. Jesum.

Hic recubat gemmas qui grandinat atq; Smaragdos
Totam iaspidibus quique colorat humum:
Ite, deauratis qui curribus itis, honorem
Submissos genito ferte pedesque Deo.

XLI.

Te colit Æthiopum famulo Rex poplite, supra
Cultum seque suum judicat esse tuum.

XLII.

De Infanticidio Herodis

ad P. Jesum.

Lunato pueros novus hic metit ense Parillus,
Quos Siculo deflet tostus in igne Cyclops.
Hoc immane nefas ubi rex crudeliter æque
Te fugiente subit, te redeunte perit.

XLIII.

Ad Herodem de P. Jesu.

Ad Cœlum Puer hic, aut ad te ducit Avernum:
Si quicquaam metuas, hoc erit ut metuas.

XLIV.

In Imag. P. Jesu.

Nil sensus picta nihil est in Imagine vocis:
Hac tamen in picta clamor inest Tabula.

XLV.

De Aula Herodis.

Caula lacertosum non continet Aula theatrum
Sorde putri sub quo nasceris Orbis amor.
Caula tuas audit non percipit Aula querelas
Quas Echo scisso complicat ægra sono.

Caula precum tibi multa ſacrat libamina, ſtulta
Enſes pro precibus conſecrat Aula tibi.
Aula crucem, mortem, tibi deſtinat, inde tonantem
Nec timet iratum Caula ſed Aula Deum.

XLVI.

De Fuga P. Jeſu.

Dum meus Ignis abit, coëunt elementa, mihique
Effluus in vitream vertitur ignis aquam.

XLVII.

Ad freta Niliacos circumcurrentia ſaltus
Ducebant ſocios Pan Dryadesque choros.
Corniger Arcadia cantabat arundine Faunus,
Et ſolito cannis more Syracuſiis.
Sed cum te patriis proſcriptum finibus, & te
Audierant flentem, cum Genitrice, Deum.
Pan Dryadesque ſuas cito deſtituere choreas,
Faunus & abjectis flevit arundinibus.

XLIIX.

Dum Zephyris rorant Hyades pluvialibus, & nil
Sidera, Sidereum dramaque lucis habet:
Per ſpelæa gemens & inhoſpita tecta vagaris,
Hoſtis & inſidias ſpectra ferasque times.
Per ſola ſola fugit tecum tua gemmea mater,
Vicinasque ſuis imbribus auget aquas.
Senſibus hæc oculisque videt extorribus, hoc qui
Senſibus Exilium non oculisque dolet.

XLIX.

Linquis Idumæos fugiens ſine torre penates
Atque ſubis Phariæ barbara regna plagæ:
Invia te ducit per rura per avia Mater,
Hoc feſtinato triſtis in Exilio.
Suſtinuiſſe die ſtridentes cogeris Euros
Et male ſub ſartis nocte quieſſe caſis.

Ut

Ut ſine lacrymulis non naſcebaris, ad ipſa
Sic loca cum lacrymis hæc peregrina fugis.
Hæc fera turbata quoties ſpectacula menſe
Penſo, tuis lacrymas fletibus addo meas.

L.

il ubi ſub cannis cum Matre paluſtribus Exul
Oblectamenti percipis atque cibi:
cchara comportant Matris ducetaque Divi
Inque ſinum fundunt iſta, ſed illa tuum.

LI.

tibi ceta mei marcent abeunte Lycei,
nſtar & inſipidæ fit mihi potus aquæ:
ue virent redeunte mei coryleta roſeti,
piſſaque Campanum fit mihi vappa, merum.

LII.

In Imaginem P. Jeſu.

rius Alcimedon nil ſtruxit, Dædalus ungve
l caſtigato finxit amabilius:
didius Mentor nil ſcalpſit, Cous Apelles
l melius pinxit, nil Anaglypta facit.

LIII.

De Infantia P. Jeſu.

ulas ſitiens ubi te ſuſtollere Mater
treo, potum, fonte, jubebat aquæ,
ina Patris de fonte Falerna ferebas,
c hoſpes eras illius, illa tuis.

SECUNDI PASTORIS E.
de
INFANTIA CHRISTI.

I.
Ad Infantulum Jesum.

Hic ubi ventorum lacerarunt tegmina buccæ
Ac desolata Caurus in æde furit;
Natus ibi membris fuerit puerilibus, Orbis
Ante bovesque jacet gloria, noster Amor.
Heu tristem stabuli posituram! quis Deus asper
Duxit in hunc tristem, te mea Vita, locum?

II.

Dulcior arenti, Jesu puer aurce, ficu
Ante bovem misere post pecudesque jacens:
Ut Getulus onyx fulgent tua lumina, cocto
Candidior color est lacte decorque tuus.
Gemmatum Tyrio de sindone sternite lectum,
Post asinum noster non bene dormit Amor.

III.

Cur præsepe subit, cœli soliumque relinquens
Tactile fit nostra numen in urbe Deus?
Dulce coronandum salve præsepe, trecentis
Infra iaspidibus, sideribusque supra:
Te sitio, tria terque tibi dabo basia, longè
Sed Domino, cum te videro, plura meo.

IV.

Ter pollens latet hic Heros & olympifer Atlas
Sub cunis & egens & sine veste Deus.
Vestes ferte novas, holoserica velaque Cives
Ignotoque preces ac holocausta Deo.
Vos facilesque Dei, cunas motate, phalanges
Mollius ut, mea Lux, dormiat & melius.

V. Æter-

V.

Æternans rutila cum sis Dictator in arce,
Astris anterior, Cœlitibusque prior:
Saturnalitio quis te pro more coëgit
Ut fieres Servus, qui fueras Dominus?

VI.

lbera dum præbet Genitrix tibi lactea dulcem
Haurit & aspectum plebs Galilæa tuum:
ætior Eoo Sol fulget ab æthere, deque
Cynthia Carpathiis purior exit aquis.
lumina subsistunt, pelago mirante, Deumque
Non intellecta se ratione colunt.
alsama stagna ferunt, Libani palmetaq; mulsum
Stillant nectareum Caspia saxa merum.
tria turgescunt Solymæque palatia gemmis
Et forium puris limina iaspidibus.
urea sub pedibus fiunt tua stramina, lecti
In niveumque tui culmina marmor eunt.

VII

De Cunis P. Jesu.

b cordo Matris dependet ab ubere fœno
Lux mea, bucerios inter ovatque greges.
pice quam binis multum blanditur ocellis
Qualis in aspectu gratior? qualis amor?
rocodiligeno prorepsit ventre, medullis
Omnibus hic qui te non, mea Vita, perit.

IIX.

io ter denis albedine clarior astris
urior Alpina candidiorque nive:
ice quàm dulci famulamine totus Olympus
ergat in obsequium, mundus & astra tuum:
ircumsiliunt cœli ter mille cohortes
t recitant cunis omnia læta tuis:

Prata

Prata relinquentes Idæque cacumina Nymphæ:
Multa tibi flexo poplite dona ferunt:
Mel Charites, nectar Dryades, & aroma Napeæ
Oreades mulsum Naiadesque merum.

IX.

Omnis in argentum si mundus abiret & aurum
Et maris in gemmas omnis arena novas:
Nulla tibi dignam solertia struxerit arcem,
Nec satis augustam fecerit inde domum.
Cur tamen in turpi juxtimque suilia claustro
Vagis sub trepidis nudus arundinibus?
Deseris astriferum me propter Olympus Olympum,
Possit, ut ante tuus qui fuit, esse meus.

X.

Ad Imaginem P. Jesu.

Est oculos in te noviter quasi pascere nasci,
Ac oculis, quasi te, nolle videre, mori.

XI.

De Cunis Ejusdem.

Sub lustris latitas ovium pecorumque cavernis,
Pauper & extorres deseris erro Lares.
Rauco te strepitu terrent armenta, tibique
Obstetricatam nemo ministrat opem.
Aspera circumdat te Conopea, recondit
Lurida vagitus tritaque ralla tuos.
Hæc oculis quisquis perspexerit omnia siccis,
Dignus erit siccis cernere nil oculis.

XII.

Rex hominis cœli tegitur sub corpore, cujus
Agnoscunt cunas pastor ovesque novas.
Nunc cataphracta patent clausique repagula Cœli,
Humanumque Dei fit genus, omne genus.

XIII.

XIII.

rocul æthereas ſpectat, ſed is occupat arces,
nſors aligeri portio fitque chori,
e ſub paleis lunaque ſub enſe reſecta.
nſpicit, æternum credit & eſſe Deum.
b corticibus naſcuntur amygdala duris,
que ſcabris gliſcunt ſacchara ceſpitibus.
a ſub ſpinis, pretioſa ſub unio gemmis,
gida ſub ſaxis gemma latetque ſuis.

XIV.

e Matre Deus, ſed homo ſine Patre, Patriſque
rni proles Virginis & ſoboles.
irandus ſuperis ignotus & ortus!
lum nec ſimilem mundus habet ſobolem.

XV.

amvis inter ſtipulas ulvasque paluſtres.
itiem patitur pauperiemque *Puer*:
or tamen eſt ſexcentis Regibus, ille
n numerare ſuas, fundere ſuevit opes.

XVI.

ſub gelidis lacrymas effundis hypetis
ue dolent fletus paſtor ovesque tuos.
Deum res eſt fletus explodere, fletus
indeprenſi pondus amoris habet.
is hos fletus qui penſat, is hauriet omnes,
taris infuſos cum Ganymede cados.

XVII.

De Oppido Bethlehem,
ad P. Jeſum.

an eſt Pharia mea patria gentis? an uber?
nagis Heſperiæ pars & imago plagæ?
um frutices, arbuſtaque Balſama ſtillant,
a deque levi ceſpite poma cadunt.

Hic

Prata relinquentes Idæque cacumina Nymphæ:
Multa tibi flexo poplite dona ferunt:
Mel Charites, nectar Dryades, & aroma Napeæ
Oreades mulſum Naiadesque merum.

IX.

Omnis in argentum ſi mundus abiret & aurum
Et maris in gemmas omnis arena novas:
Nulla tibi dignam ſolertia ſtruxerit arcem.
Nec ſatis auguſtam fecerit inde domum.
Cur tamen in turpi juxtimque ſuilia clauſtro
Vagis ſub trepidis nudus arundinibus?
Deſeris aſtriferum me propter Olympo Olympum,
Poſſit, ut ante tuus qui fuit, eſſe meus.

X.

Ad Imaginem P. Jeſu.

Eſt oculos in te noviter quaſi paſcere naſci,
Ac oculis, quaſi te, nolle videre, mori.

XI.

De Cunis Ejusdem.

Sub luſtris latitas ovium pecorumque cavernis,
Pauper & extorres deſeris erro Lares.
Rauco te ſtrepitu terrent armenta, tibique
Obſtetricatam nemo miniſtrat opem.
Aſpera circumdat te Conopea, recondit
Lurida vagitus tritaque ralla tuos.
Hæc oculis quisquis perſpexerit omnia ſiccis,
Dignus erit ſiccis cernere nil oculis.

XII.

Rex hominis cœli tegitur ſub corpore, cujus
Agnoſcunt cunas paſtor ovesque novas.
Nunc cataphracta patent clauſique repagula Cœli,
Humanumque Dei fit genus, omne genus.

XIII.

XIII.

rocul æthereas ſpectat, ſed is occupat arces,
ſors aligeri portio fitque chori,
e ſub paleis lunaque ſub enſe reſecta.
ſpicit, æternum credit & eſſe Deum.
corticibus naſcuntur amygdala duris,
que ſcabris gliſcunt ſacchara ceſpitibus.
a ſub ſpinis, pretioſa ſub. unio gemmis,
gida ſub ſaxis gemma latetque ſuis.

XIV.

e Matre Deus, ſed homo ſine Patre, Patriſque
rni proles Virginis & ſoboles.
irandus ſuperis ignotus & ortus!
lum nec ſimilem mundus habet ſobolem.

XV.

amvis inter ſtipulas ulvasque paluſtres
itiem patitur pauperiemque *Puer*:
or tamen eſt ſexcentis Regibus, ille
n numerare ſuas, fundere ſuevit opes.

XVI.

ſub gelidis lacrymas effundis hypetis
ue dolent fletus paſtor oveſque tuos.
Deum res eſt fletus explodere, fletus
indeprenſi pondus amoris habet.
ıs hos fletus qui penſat, is hauriet omnes
taris infuſos cum Ganymede cados.

XVII.

De Oppido Bethlehem,
ad P. Jeſum.

an eſt Pharia mea patria gentis? an uber?
nagis Heſperiæ pars & imago plagæ?
um frutices, arbuſtaque Balſama ſtillant,
ea deque levi ceſpite poma cadunt.

Hic

Hic turdi, merulæ, pisces, pingvesque culinæ
  Panis hyperborea candidiorque nive.
Hic pastum tot agit pecudum myrmecia Phyllis,
  Nec pastas numerat noster Alexis oves.
Hospes solus in hac niger est & vapulat urbe,
  Qui tibi turpe dedit tamque cubile nigrum.

XIIX.

De Civibus Palestinis.

Odit & ad tua te gens dura mapalia tradit,
  Futilibusque jaces septus arundinibus:
Cum Boreæ nivium cumulantur turbine montes
  Et vitreo Caurus marmore vestit aquas.
Hunc odisse Deum nisi desisteris, Averni
  Trux nivium cumulus vester erit tumulus.

XIX.

In Imag. P. Jesu.

Hic si peniculos viresque probaret Apelles,
  Exceteretque suum Tullius ingenium:
Non tamen id justo possent vulgare labore
  Hoc quod in excelso fulgeat ore decus.
Splendoris nihil hic splendor, nil lucis & artis
  Artes, ipse color nilque coloris habet.

XX.

De P. Jesu ipsiusque Matre formosissima.

Dum Venus ad croceum se flectit in æthere Solem,
  Auro splendidius concipit inde jubar.
Sic tua te solem Mater Venus astrica, binis
  Te stringit manibus lactat & uberibus:
Forte venustatem (pro me sic sentio) sæpe
  Talem te, mea Lux, conspiciendo trahit.
Sidera sunt Venus & Sol formosissima, dulci
  Matreque teque nihil pulchrius orbis habet.

XXI.

XXI.

De Fuga P. Jesu coram Herode.

n celeri properas ad regna Canopica gressu
ix ubi nox atris crinibus orta fuit:
mihi! quod fundo lacrymasque resorbeo, toto
uot votis revoco te precibusque die?
ntrax, bicolor Jaspis, Stellata Smaragdis
uxque diesque meæ dulceque Ver animæ.

XXII.

rit adoratum te rex sub acinace, tristes
sidiasque tibi pro pietate struit.
quater hic geminus nil expedit ense Tyrannus
que gerit pharetris tela retusa suis.

XXIII.

s rex acuit deletricesque bipennes
sitiunt mortem miles & arma tuam.
tua per salebras tecum phariasque saburras
viso Mater cerva Leæna fugit.
icas Herode tuas cur stringis in illum
blimi qui te trudere de solio,
ere teque potest flammis Acherontis? ad olli
ısus nil homines nil & habent hominis.

XXIV.

ibi porgit aquam fugienti, mille culullos
uriet, & totum Nectaris inde polum.

XXV.

ua lacrymulis ætatula pluribus hostis
rrida cum tristi spicula Matre fugit?
amen ignicrepo perterres fulmine mundum
tonitru regum sceptra boante quatis:
quoq: Centauros madidoq; cruore Gigantes
vis, atque truces clade timere viros?

XXVI.

XXVI.

In Imag. P. Jesu.

Te scalptum nivea quoties in Imagine specto,
Ilicet innumeris diffluo lætitiis.
Nulla videt mundus præter te gaudia, vera
Teque fide cœlum quisquis adorat, habet.

XXVII.

Rex est qui populo quem conspicis imperat omni,
Et parat Imperium cis mare, transve suum.

XXIIX.

De Reditu P. Jesu.

Hic ubi pascebat niveas Galatea capellas,
Nec procul à viridi margine Phyllis oves.
Nil Galatea nisi dulcem cantabat Alexin,
Et toto Thyrsin, Phyllis amica, die.
Sed tot amatrices ubi formosissima Nymphæ
In facie spectant signa notasque tua:
Hinc Galatea rudem cito fastidivit Alexin
Nec sitiit Thyrsin Phyllis ut ante suum.

XXIX.

Ad eundem redeuntem tempore Veris.

Sensa revolvuntur deleto frigore plantis
Abstulit hybernum verque capillitium.
Tota coronatur festiva Syndone tellus
Et recipit priscum quælibet herba decus.
Illingvi crepitans clamatque Ciconia voce,
Subque recens puro garrit alauda Jove.
Integrat artifici sua cymbala Daulias ore,
Et tota virides nocte salutat agros.
Vitiferi rident colles, & flumen odorum
Exhalant croceis lilia cum violis.

ferruginea certant colocasia nardo,
rtica cum calthis, Irida cumque rosis.
a sub aprico celebrant te Vere, feruntque
tibi decimas, floreque primitias.

EJUSDEM PASTORIS E.
de
PARITIONE ANGELICA,
Ad
Infantulum Jesum.

on celebrant satis astrica Carmina, nostra
ia nil quam sunt Carmina scruta tibi.

I.

Ambiguæ non sum sitiens novitatis amator;
Absona Vulgus enim multa profatur iners:
us ad occasum non tam properanter ab ortu
rrit, inauratis quando recurrit equis:
cito se fallax extendit fama, fugacis
rrula fama pedes Bellerophontis habet.

II.

& mellilegos dulcesque relinquo Poëtas
orum Cecropio labra liquore madent,
recensentes phaleratis plurima verbis
d & ambiguæ sæpe quod est fidei.
æ sileant Vatum figmentaque, veram
mea suscipiet Pieris historiam.

III.

i lætus oves, altrinsecus atque Capellas
procul à vitreo flumine pasco meas,

Non

Non velut ante diem ludicro Carmine frango,
Frivola deque mea Phyllide verba crepo:
Stultitiam post terga ferunt hæc omnia; longè
Sollicitor metris altius ire meis.

I V.

Præterita Phaeton ubi nocte reliquerat orbem
Infernamque sua luce replebat humum,
Collis in excubiis stabam sub vertice, damnum
Incustoditæ ne paterentur oves:
Vos Solymæ cives, dictis attendite, vidi
His oculis vidi, quod loquor omne, meis.

V.

Hic dum Zodiaci speculabar signa, modumque
Annua quo faceret tempora Solis iter,
Quo caper, & signis starent pluvialibus hædi,
Qua cœlique foret Mœnalis ursa plaga.
Quæ positura Jovis, Venerisque reciprocus error,
Quaque via surgat Cynthia, quaque cadat.

VI.

Ecce repentina cœlum dulcedine fulget,
Phœbus ut ignitis quando recurrit equis!
Mox jubar æthereum me stringit, ovileque totum
Deque fit illuni nocte serena dies:
Aura repercussos fragrans emittit odores
Gramen odorata sicut in Armenia.

VII.

Astricus interea cœli felicis alumnus
Advolat, ante meos statq; subinde pedes:
Cujus Cæsaries Ophiræo pulchrior auro,
Ac mula brumali cujus abolla nive:
Lumina cujus erant adamantū splendor, & omnem
Afro per faciem murice pictus erat.

IIX.

IIX.

is ab auroræ veniens complexibus Eos,
rpuream prima luce colorat humum:
is Achemenio Jaspis spectatur in auro
ftaque Dædalea regia vestis acu:
is in oppositis apparet nubibus Iris,
rum vaticinans aëra, talis erat.

IX.

m trux Aquilo bacchanti destruit ornos
pete, fraxineas eruit atque trabes:
amenta quati vicina videntur, & omne
eliquis folium contremit arboribus:
ter hic cerebrum mihi Nuntius excutit omne,
que pavor cunctis quassat in articulis.

X.

modo Cœlestis me mille precatibus hospes
tam sollicitus sim trepidusque rogat:
trepidas, Deus est, Pharia de Virgine natus
uit, & immundo vagit in atriolo,
ona, totque tulit Vobis hic gaudia, fari
æ nec lingua potest sermo nec exprimere.

XI.

oquor hæc dubiæ non sunt secreta Sibyllæ,
odonæo verba nec orta specu:
i visum Tenebrosa Cubilia, summo
nosasque Deo non renuente casas.
mum, pecudes (sic fatur) ovileq; vestrum
stoditum non erit, ite domum.

XII.

gravis Orator fuit hic, qui coccine pictis
ibus haud magnis regibus impar erat.
a dixisses te percepisse loquentem,
loquo quoties Carmine verba facit.

Dixe-

Dixeris Aſſyrios te conſpexiſſe paratus
Gemmiferum quoties Rex Diadema gerit.

XIII.

Quot frutices generat Calydonia ſylva, quot atq;
Ceſpitibus Lybica meſſe ſuperbit ager:
Tot ſaliunt Cives populique nitentis olympi
Circum meque meum caſtraque tota, pecus
Terque Panomphæum cantant Pæana, figuris
Vocibus & membris non imitabilibus.

XIV.

Nervis pars jungit Mareotica ſiſtra canoris,
Pars eburata movet plectra, lyramque ferit.
Pars lituis vacuas implet crepitantibus aures,
Pars regit erranti tympana rauca manu.
Pars fidibus loquitur citharisq; bicornibus, inflat
Major olympiacas pars potiorque tubas.

XV.

Denique pars variis ſacras accentibus odas
Concinit harmonicâ voce ſonatque Deum:
Pars addit crotalos, pars tinnula Cymbala miſcet,
Pars cogit digitis barbita mobilibus:
Parsque tuum nomen per plectra loquacia ſaltat,
Id quod adorandum Sceptriger Orbis habes.

XVI.

Ut cum ſangvineis miſcentur ſacchara nuris
Cumque ſoporiferis mella papaveribus;
Cinnama cum caſiis, fragrans cum Nectare vinum
Et cum purpureo mulſa favumque mero:
Tam mihi ſvavia ſunt, ſacer & quæ palmifer ales
Et dulci totus concinit ore chorus.

XVII.

Quid priſci Thamirin celebrant, ut & Orphea mon-
Atque fluenta ſua ſuſtinuiſſe lyra? (tes
Quid

d de navifragis cantant Sirenibus, & quos
dera concentus dulceque carmen habent?
ia fides dictis, Sirenes illa ſtupenda
hreicium ſuperant plectra fideſque melos!

XIIX.

dem quotquot erant ſtrepitu pecuaria dulci
itritiæ circum noſtra volant animæ:
ineasque ferunt halantia ſertaque laurus,
oribus implentes ſepta, viasque roſis.
icibusque tuum dux atque ſalutifer Heros
uribus inſcribunt nomen in arboreis.

XIX.

ubi finierant, magnis applauſibus ultra
ſtra volant alis ocyus aureolis.
tipuliſque jubent me poſt pecudes ſpectare,
iam miſera jaceat conditione Deus.
de rudimentum, ſi nobis innuba Virgo
rvata peperit virginitate Deum!

XX.

m deſideriis fruſtra petiere Prophetæ
precibus gentes innumerabilibus,
s is eſt hodie: Stygii quem clauſtra colubri
uemque colunt picti tecta faceſque poli,
n metra Pieridum, noſtræ quoq; ſibila cannæ
ráque quem celebrant omnia, nulla ſitis.

XXI.

renſa Deus dum ſuſcipit Orgia vitæ,
lphica continuo fabula vana ſilet:
næa tacent Oracula priſcaque Vatum
vittata ſuis agmina Carminibus;
ia ſiderei dictant tibi Carmina Vates,
c ad enim non par magnus Homerus erat.

XXII.

XXII.

Olim Brachmannes recitabant multa Sophistæ
Inque suis Druides dogmata porticibus:
Pluraque Cecropiis, inculcabantur Athenis
Inque tot Argolicis dogmata sacra scholis:
Nulla tamen docuit Sapientia prisca, videri,
Carne sub humana posse tegique Deum.

XXIII.

Cauris sub fœno latitas bacchantibus, inter
Et Cœlum pecudes incipit esse tuum:
Non Ephesina placent Rhodiusq; sacella Colossus
Fana nec Elei nec Jovis ara tibi:
Sordida tecta Deus subit immundumque cubile,
Ut sim sidereis dives in Esquiliis.

XXIV.

Nil præter cæpas & oluscula rustica, pruna,
Allia nil & edo quàm tunicata domi:
Illa tamen, panda deglutio fauce mel & lac
Nectareumque bibo quando revolvo merum,
Nunc abeo visum, quo Rex ingentior Orbe
Natus in obscuro sit lateatque loco?

XXV.

Quam nova læta sacer mihi spiritus attulit, illa
Illa mihi scæva nox fuit orta bona.
Siccine nos viles tanto gens innuba Cœli
Indecoresque Deus mactat honore viros?
Instar Capreoli salientis inambulo, præque
Lætitia pectus servet ut olla meum.

TER

TERTII PASTORIS

QUERELÆ

de

GA & ABSENTIA PUERI JESU.

I.

od fatum mea te Dulcedo retraxit iniquum
Pegaseisque procul sustulit alitibus?
s vernæ, Dominum, residesq; bubulci,
situm noctes ite diesque meum.
tam possum, quam me sine vivere, quisquis
mihi restituit, me mihi restituet.

II.

bi! quot lacrymas parat hæc absentia,
ie palmis tergo duabus aquas? (quasq;
oræ nimio, mea mens, esturque dolore
ristique parum nocte quietis habet:
læ similis, vivumque colore cadaver,
caque velut mortuus in tabula.

III.

is ignotas non observatus in oras?
oraturos, Lux mea, siste pedes.
riis prævertis in Alpibus, Euros
nis; volucres ipse præisque pedes.
gressus cito transfuga! sin minus ipse
galeritum te fore Mercurium.

IV.

m, mea Lux, abierunt gaudia tecum
omne perit, te fugiente, decus.
eta meis non roscida prata capellis,
ec agnellis lac cythisusque placet:

B Vox

Vox mea raucefcit, triftesque remurmurat odas,
Nec mea Bucolicum cantat avena melos.

V.

Quo perpes dubia vadis fub nocte feveris
Quando replet Boreas omnia turbinibus?
Per mea te rogito niveæque per ofcula matris
Ad mea, tam trifti fub Jove, tecta redi.
Noctis iter mea Sarda cave, meus alter Olympus,
Spinofas nimium nox habet atra viàs.

VI.

Ad mea ter rogo te, mea Vita, mapalia confer,
Illibi plura dabo citria mala tibi,
Caftaneas molles, dulcique cidonia fucco
Et cum purpureo facchara picta mero.
Innumerata tibi deerunt nec & ofcula, longè
Mollius hic mecum vixeris & melius.

VII.

Seu rofeum Solis defignat Lucifer ortum
Seu ferat ad choreas Hefperus aftra fuas:
Unum te meditor, cunctisque revolvo medullis,
Altiùs & fupra quicquid amatur amo.
Dimidiatus homo tantum, quid? corpore toto
Nil anima quam fum, te fine, vas vacuum.

IIX.

Cur me (fingultim loquor hæc) mea Vita relinq
Vera tuæ quæ fit nefcio caufa fugæ?
Non infamis ego Paphii fum miles amoris,
Nec mea crudeli fangvine fica madet:
Nil Jovis è fano clepfit mea dextra, nec à me
Aurea divorum barba revulfa fuit.

IX.

Ite verecundæ, fontanaque Numina, Nymphæ,
Quæ fub amygdalinis luditis arboribus:

s hodie revocatum greſſibus, hunc quem
us atque mea diligo plus anima.
t ille meos fugiens è corpore ſenſus
nei ſpolium ſolus amoris habet.

X.

is addam talaria greſſibus, atque
ſitum Dominum longius ibo meum.
utrum lateat gelidis in montibus, utrum
s odorifero dormiat in nemore?
aprico fortunet lumine Phœbus,
dat trux animas Hippodatesque ſuas.

XI.

o quod non mea ſumma refectio, mecum
i doleat fata ſiniſtra tui?
s vitrei, te flumina, paſcua, montes
gent opera ſylva nemusque nova:
amiſſas Clitumni flumine lotas
rat ſocio non ſine Thyrſis oves.

XII.

i Zephyris bacchantibus ambulo nocte
ut hinc illinc canna paluſtris agor.
um pluvias tot mittit Aquarius imbres,
ſcas verear Deucalionis aquas:
unc alium, mea Lux, illuſtrat, Olympus
ot inſolitis te revocat lacrymis.

XIII.

ncludit radiantes arca ſmaragdos,
et argenti quicquid avarus habet:
s abhinc tegeticula forte recondit,
cili frenas omnia regna manu.
o ſcripſit, mea Vita, Lybiſtides urſæ
ſævitiam ſuxit & inde novam.

 XIV.

XIV.

Falsa mihi retulit Chaldæus dogmata nuper,
Solem totales vertier in tenebras:
Non totum potis est tenebris involvere solem,
Cynthia, quæ longè Sole suo minor est.
Ipse sed in tenebris hodie totalibus erro,
Dum fugit alato Sol meus inde pede.

XV.

Nil ignes metuo, quos Sicelis Æthna recondit;
Et quos ter duplici Cerberus ore vomit.
Nil opium vereor, nil cymbia plena cicutis
Nilque venenatæ toxica philtra nurus.
Hoc vereor, ne te fodiat trux ense Lupercus,
Aut rapidis fias esca cibusque feris.

XVI.

Vincebat niveos meus Ignis in æquore Divos
Quasque vehit vitreo Glaucus in amne Deas.
Par illi Dryadum nec erat de sangvine Nais
Cumque coronato Thyrside nulla Nape.
Hunc ubi tristis eo revocatum, sensibus utrum
Vivus, utrum jam sim mortuus, erro meis?

XVII.

Quando tot errando noctes consumo diesque,
Dura notant lacrymas saxa bibuntque meas.
Arva gemunt mecum stellataque germina, ventus
Atque repercussis plorat in arboribus.
Siderei pluviis orbesque teguntur, apricum
Atque diem radians delet in orbe Deus.

XIIX.

Per Spelæa vagor Lemures perterritus atque
Empusas metuo nocte dieque feras.
Frigora me quatiunt plus quam Rhodopeja, Caurus
Hinc in meque ferox Africus inde furit.

i Superi! Cauris prohibete, meum ne
liantque mei frigora cor Domini!

XIX.

u vaga non micuerunt sidera, plures
solari luce fuere dies.
! hæc etiam pluviis sub nocte reversis
mihi monstrat stella superna viam.
mi non sunt, mecumque dolenter ierunt
tum Dominum, Phœbus & astra, meum.

XX.

i jam dubiis, mea Vita, per oppida spebus
us & per tot compita te propius
sed nec clatrata repagula, nec te
lunt spatiis abdita claustra suis:
ata tenent, Solymæque vireta, nec ipsa
uæ septuplici colle superbit, habet.

XXI.

ux ad me, cœlique revertere Stella,
a me cordis portio tota redi:
nis vix hora refluxit amaris
quæsierim non ego te lacrymis.
mma redi, mea dulcis & unio, vitam
ihi reditus fert, abitusque necem.

XXII.

non te vidi mea vulnera, quamvis
us pedibus sim loca multa meis:
huscus ager, non trans Tyberinaq; tempe
e cis Libanum vasta fruteta tenent.
æ prorsus vestigia cerno viai,
ue magis quæro, te minus invenio.

XXIII.

s hic tandem lassus subsisto medullis
nec offenso me licet ire pede!

Quæsivi satis hunc, gemmas quem subter & auru
Subter & argentum, me quoque subter amo.
Quid te non patior propter mea gaudia? claudu
Me desiderium fecit amorque tui.

XXIV.

O si te manibus possem prensare, tuæque
Frontis adhuc, mea Lux, astra videre semel,
Et tua svaviolis percurrere labra priusquam
Flebilis annosi præda Charontis ero.
O si! sed quid si? secum mea vota resorbens
Ducit arenosam ventus in Arabiam.

XXV.

Nunc intonse vale Pæan, mea prisca valete
Gaudia, me totum flebilis angor habet.
Aspera vivendi subeunt me tædia, tristem
Et sine te propero mortis adire viam.
I cito me messum mors dura! procul meus à me
Ignis iit nimium, me nec amat minimum.

SECUNDI PASTORIS
Suspiria,
de
REDITU PUERI JESU

I.

NOn semper pluvios effundit Aquarius imbre
Delet & humanum Væjovis ira genus:
Non ferit æterno trux fulmine Juppiter orbem
Et picea noctes luce diesque replet:
Sed redit horrendos lux post hyperionis imbres,
Finit & augurio sors mala fata bono.

II.

post aliquot, meus Ignis amorifer, annos
rios sese contulit inde Lares.
stergo meôs dubio de corde dolores
tuens abeat frons faciesque procul.
eletæas digitis errantibus odas,
aque Threiciæ stridula canna lyræ.

III.

rmatus agor, nec me felicior esse
eli poterit fornice quisquis erit.
rursus adest, mea gemma Canopica, vitæ
ideri vivida flamma mei.
o sub violis saliens incedo, tumetque
sperata præ mihi lætitia.

IV.

ingredior grallator in æthere, finem
requiemque mei vulnus amoris habet:
nor intumuit meus in me, pronus ut amnis
it & effusis imbribus auget aquas.
ulsa fero citrique rotatile malum
es, & casias mel & aroma tero.

V.

me totis subeunt torrentibus, idque
volui dudum jam mihi velle datur.
extremis hoc quod de Gadibus usque
dulce ferunt te rediisse caput.
oror ire dehinc ad te mea Lautia? præter
iunt oculi nilque videre mei.

VI.

utæ vestem, tristemque rejecto cucullum
la texuerat quam mihi nuper anus:
ium puer hic urit Nazarius, illi
erpetuum destino servitium.

Quam pretiosa Deo res est servire! supremus
Ille Toparcha Dei qui bene servit erit.

VII.

Quis fuit ille quater locus illætabilis, in quo
Clam mea tota salus vitaque delituit?
Num te Maurus atrox, vel gens Hirpina recepit,
Hospitiumque dedit terra Lybissa tibi?
Crediderim laqueo te deduxisse Cyclopes,
Plaustricolosque diu te tenuisse Getas.

IIX.

Flumen ut opposito plus aggere crescit in augmen
Sic & in absentem plus meus Ignis abit.
O si forte tuas Genius me ferret ad ædes,
Sisteret atque tuos ocyus ante pedes.
Te Siculis vellem, mea Vita, ligare catenis,
Extra ne possis limen abire meum.

IX.

Crystalli glaciem, mea Lux, Paphiasque columbas
Delet hyperboreas atque calore nives.
Irida transcendit, cretataque lilia, quotque
Cana colustra suis suxit ab uberibus.
Cœli blanditias mea te Thaumantias omnes
Atque voluptates qui videt, ille videt.

X.

Non Vesuvinus apex adeo nec torrida Calpe
Ut meus in toto pectore fervet amor.
I puer, adque meum subito te confer ocellum
Atque refer mentis vulnera mæsta meæ.
Me quoque dic illo ter discedente quaterque
Enectum lacrymis pene fuisse meis.

XI.

Ultra te Tanaim, sic rebar ineptulus, ultra
Te Lycium nuper transiliisse fretum:

M

men ut sensus ratioque sinistra fefellit,
m citimus patriæ sis propiusque meæ:
la sic Geticam plebs sæpe recurrit ad Arcton
c prope sed credit longius esse Deum.

XII.

potest fari recitatrix charta, meum quo
odiat pectus vultus amore tuus?
non unis te non præsente medullis
osa quam Boreæ sævior aura metit.
itum si te præbebis, mortuus ante
i fueram, viso te, redivivus ero.

XIII.

adimpleta vidi temeraria nocte
e sub umbrosis somnia myrteolis,
banum, ficus si mel, & amygdala ferrem
are gemmiferum, tostaque liba tibi.
atigabo precibus, cœlumque replebo,
ea quæ vidi somnia vera fuant.

XIV.

s hic sedeo septus bicoloribus, hortum
e caput subeunt germina mille meum:
hiæ myrtus, violæ, mareotides albæ,
cum niveis innumerata rosis:
en hic hortus formosior esset, adesset
uoque si vitæ flosculus ille meæ.

XV.

bum messes & jugera læta Lycambi
, nectareo vasaque multa mero:
alius, Crœsique talenta, quot atque
in auriflùis Dalmata quærit agris:
c vana fabam valet omnis & optio, sed te
nea quisquis amat, quicquid is optat, habet.

XVI.

Nocte quot auratos accendit vesper ocellos
Tanta tuæ laudis copia, tanta seges.
Inde velut Sicula fulgens oleaster in Æthna
Me tuus exuccis ignibus ardet Amor.
Totus iners hic est, vacuoque cucurbita ventre,
Altùm qui te non cœlifer Atlas amat.

XVII.

Daphnen Sol genuit, Lucinaque desuper olim
Sæpius in thalamos Endymionis iit:
Num quoque fabellas recito, si splendida vultum
Admirando stupent sidera bina tuum?
Sunt tamen errantes Sol & vaga Luna planetæ,
Sed meus immoto stat pede priscus amor.

XIIX.

Te mea lingua sonat, mea tot tibi basia ferre
Quot Phœbo dederit Cynthia, labra volunt:
Te prensare manus, aures audire, videre
Lumina, defessi quærere teque pedes:
Numne meum, mea Lux, satis attestentur amorem
Lingua, manus, aures, lumina, labra, pedes?

XIX.

Nunc ignita suo tempestas impete cedit,
Explosoque dies imbre serena redit:
Nunc Brumæ nivibus vestit vis altior orbem
Nunc æstas viridi gramine vestit humum:
Omnia vertuntur, sed non invertit amorem
Æstas, tempestas, nec fera Bruma, meum.

XX.

Hic ubi Parthenias tondent armenta myricas
Depectatque meum mollior aura pecus:
Hic ubi maturæ viridi de cespite ficus
Ante meosque cadunt citria mala pedes:

N

Nil ego te præter tacitè quam murmuro, tota
Atque die tecum sed sine voce loquor.

XXI.

Sperat Orontæos meus Ignis amorque liquores
Ac Arabum quicquid gramen odoris habet:
ragrat aroma recens, quotquot tulipanaq; nobis
Tostus ab Hesperiis incola mittit agris.
Mel pluit & casias, olet indeque scriptile nectar
Ambrosiamque suo spirat ab ore dapem.

XXII.

ulla per apricum nubecula fertur Olympum
Mussat, & Æolia dormit in arce Notus:
rna remollito me Daulias ore salutat,
Totaque germinibus Dædala terra novis.
ramenta tibi dum dixi, prospera cuncta
Pro libitu, quotquot sunt elementa, ferunt.

XXIII.

a mihi verna parat nova pulmentaria, mensam
Instruxit ferclis dapsilibusque meam:
ros apposuit, mespilla, rubentia mora,
Multaque disclusis poma putaminibus:
idita mihi sunt hæc obsonia, nec jam
furio, mea te vulnera, te sitio.

XXIV.

quia nil memori quam te sub mente revolvo,
sine te, veluti me sine, tristis eo:
bus hinc ad te, mea Lux, ingentibus ibo,
propiusque tuos inde volabo pedes:
erit à te me, Stygii nec vesper averni
c qui tartareo fulminat igne globus.

XXV.

mea cura vale, dulcesque valete capellæ
odque domi fuerat dulce forasque mihi:

Juro per caput hoc, æternos perque Quirites,
Servum me fieri, Lux mea, velle tuum:
Aspera me donec Libitina citaverit, & se
Finierit vitæ clepsydra vorsa meæ.

EJUSDEM PASTORIS LAMENTATIONES *de* INFANTICIDIO.

I.

Multa mihi Titii dictant invisa sodales
Occultumque ferunt astra notare malum.
Nocte canes ululant, latratoresque molossi,
Fataque feralis tristia bubo canit.
Inspectansque manum (quamvis mala) nescio saga
Quid mihi deliro murmuret ore mali?

II.

Somnia præterea tristi sub imagine vidi,
Quæ quoties tacita mente revolvo, tremo.
Ac si barbaricis me dira Megæra catenis
Duceret ad nigri fumida regna Jovis.
Ah! Stygio Lemures includite carcere Divi,
Ne noceant capiti spectra cruenta meo!

III.

Qui volat inde meas diri clamoris ad aures?
Ingens hic tenor est testis adesse malum.
Undique terrificis impletur fletibus orbis,
Totaque lamentis finditur aura novis,
Omne malum vigiles averruncate ministri,
Hostibus eveniant somnia visa meis.

IV.

IV.

Dum loquor hæc in me cataphractus acinace miles
Exerto citius Bellerophonte ruit.
Cujus erant crudo maculatæ sangvine vestes,
Illita cujus erat dextra cruore manus:
Res tibi canto novas, hæc ad me letifer inquit,
Transfodit natos ensis in urbe tuos.

V.

Dixerat, inde levi per prata citatior Euro
Per vallesque volat armiger ille cavas.
Mox meus adveniens strepitosis fletibus Ignis,
Hos singultanti protulit ore sonos.
Ah dolor! hic miles dolor ah! mea gaudia miles
Filiolosque truci sustulit ense tuos.

VI.

Sica tuo quo me rapis impete! sica cruentam
Fecit mortiferis me quoque vulneribus.
Sic ait, æternumque vale mihi dictat, & illa
Vix poterat moriens ultima verba loqui:
Jam mea dissiliunt cordis fibreta! superne
Suscipe nunc Animam Dux Opiferque meam!

VII.

Terreor his dictis, imis quatiorque medullis,
Ut quatitur viso flebilis agna lupo.
Sum viduus sensu, visus moriente loquela
Interit, & mea me mens animusque fugit.
Sto magis attonitus magis insensatus, ut illa
Quæ stat adhuc prisco flebilis in sipylo.

VIII.

Agmina quot subeunt me myriadesque malorum?
Quæ par esse meo pœna dolore potest?
Non rota carnificis, plumbū nec in artubꝰ ardens,
Tota nec ignito sulphure sparsa cutis.

Quic-

Quicquid habent diri (Pietas ignoſce) furoris
  In caput ejectant Styx Acheronque meum.

IX.

Ite meæ denſis lacrymæ torrentibus, ite,
  Ite doloriſonæ fluminis inſtar aquæ:
Occidit nauci gladio mea viſcera miles,
  Ille rotâ, triſti dignus agyrta cruce:
Anteque foſſa jacet mea me muliercula, vultu
  Quæ par purpureo ſandyce nuper erat.

X.

Interea multo laceratum vulnere corpus
  Ad patrios triſti porto labore Lares.
Sæpius exanimes amplector & oſculor artus,
  Sæpe vacillanti ſtoque cadoque pede.
Atlas ſidereum non ſolus portat Olympum,
  Nunc humeris Atlas fertur & Æthna meis.

XI.

Urbem dum ſubeo (ferus imperfecta relinquit
  Heu mihi verba dolor prorſus & exanimor)
Hic ſua crudelem tundentes pectora planctum
  Matres multiplicant, centuplicantque patres.
Evelluntque comas niveæ de fronte puellæ
  Et trepidi Juvenes ſtant velut hinneoli.

XII.

Non tot conſperſos Pharſalia ſangvine vidit
  Enſes, nec Priami vulnera ſæva domus.
Hic quater & decies truncata cadavera paſſim
  Millia, terque jacent brachia crura magis.
Atque tenus crurum ſpumant per compita lymphæ
  Illic ſangvineæ, ſunt & aquæ, nec aquæ.

XIII.

Hic Niobæ fletus, inceſſantesque querelæ,
  Hic Hecubæ totâ latrat in urbe dolor.

Hic

Hic ſurſum reboant gemitus, lamenta deorſum,
Mœſtaque ſingultu fractaque verba novo.
Omnis triſtitiæ ſunt hic proſcenia, quæ non
Exprimit hoc dignis triſte Poëma metris.

XIV.

Crines pars croceos, patrios pars ſcindit amictus,
Ungveque pars faciem, pars laceratque genas,
Pars è fonte trahit membrum ſine corpore, corpus
Diſſectumque caput pars gerit atque pedes.
Perque cicatroſos pars ſpargit aromata vultus,
Dum ſepelit natos pars moritura ſuos.

XV.

O dolor! ardeſcens delet ſua lumina Phœbus
Grande nec hoc poſſunt aſtra videre ſcelus.
Buxea flens tota ſe Delia nocte recondit,
Atque ſua Phariam luce relinquit humum.
Ipſe polus totum lacrymis pluvialibus orbem
Noſtraque millenis millibus arva replet.

XVI.

Non ſatis expoſui: Romanæ Juppiter orbis
Totaque tam dirum flet Galilæa ſcelus.
Ingeminant madidos ſylveſtria numina fletus
Turba Napæarum flet, Dryadumque cohors:
Murmure ſaxa tremunt tacitoq; Cyclopica, trux eſt
Sangvine conſperſas res habuiſſe manus!

XVII.

Thrax ſine mente colax, fera peſtis & altera peſtis
Qui ferit hoſtili viſcera noſtra ſparo:
Quid tibi trux Balatro cives fecere minuti
O ſate de duro caudice prædo ferox?
Ah tibi quid faceret, tenuis grex, treſſis Apella
Nil minimi fecit parvula turba mali.

XIIX.

XIIX.

Martis vibices, Cocythia monstraque, semen
Futile, Tartareæ fexque lutosa scobis:
Quis vos (farrago scelerum) lymphaticus error
Quæ vos Tisiphone trux & Erynnis agit?
Quid metitis camero pueros sicilice trimestres?
Fruges non homines gens pigra demetite.

XIX.

Tu quoque Saturni, Rex impie, flebile sidus
Imperio Phalaris, cæde novusque Nero.
Qui rapis in prima pueros trieteride natos,
Tot maculas sceptrum mortibus atque tuum:
Ad Stygium si te deduxerit Atropos Orcum,
Sub manicis forsan mitior hujus eris.

XX.

Quid monstri video? strepitus quid & audio: veri
Visa mihi nuper somnia numquid habent?
Ultrices video furias, Erebique catervam
Ditis & Eumenidum triste sodalitium:
Ignem Tisiphone sævo vomit ore, cruentum
Sangvineumque quatit dira Megæra caput.

XXI.

Quid loquor? Herodis nigrum genus occupat aulā,
(Hospes erat furuis dignus is hospitibus)
Totque cohors Erebi pestes eructat in illum,
Vulnera quot sævo foderat ense prius.
Invisumque trahunt crepitantibus igne catenis
Ad nigra Tartarei Væjovis antra caput.

XXII.

Spectra meum tamen hæc non delent horrida luctum,
Sed magis hinc ut aquæ crescit ab imbre dolor.

Me

Me dolor ut caulas consumit flamma, meusque
Flamma latens amor est, ignis edensque dolor.
Si meus ignis edens dolor est, Rex ignibus inde
Herodes Stygiis uritur atque meis.

XXIII.

Indemnes animæ, parvique valete Quirites,
Quos tristi Garames morte peremit atrox:
Vitam non animam vobis Saracena tyrannis
Abstulit, & celerem fodit ad astra viam.
Illic siderei plectris fidibusque choraules
Divinum resonant astraque cuncta melos.

XXIV.

Martyrio pueri celebres de sangvine, quos jam
Effera crudeli sustulit ense manus:
Internecta domi vos & mea viscera, quæ jam
In primis jugulat miles originibus:
Vos patior propter tormenta perennia, vosque
Æternum lacrymis, ut fleo, flebo meis.

XXV.

Felix Elysium spatiatrix turba per orbem,
Lota Dei proprio sangvine lota cohors:
Vos inter violas & lilia cana choreas
Inter & aligeros ducitis Indigetes:
Sed mea trux trahitur gladius per viscera: vestri
Interitus cruor est causa, meique dolor.

De

De

INFANTIA CHRISTI

LIBER SECUNDUS

CONTINENS

TRIUM PASTORUM ECLOGAS.

ECLOGA I.

CONTINENS παρασκευὴν AD SEQUENTES ECL.

PIUS & FAUSTUS.

P. FAuſte corymbiferis facie formoſior uvis,
Ætas imparibus cum quo mea prima fritillis
Luſit, & oſcillis juvenilibus otia trivit,
Cujus Hamadryades mirantur carmina, ſalve.
F. Stella ſodalitii diademaque lucida noſtri,
Mecum qui virides ovibus depaſcis hybiſcos,
Atque feras contra pecudes defendis ovesque,
Numina quem plusquam ſylveſtria diligo, ſalve.
P. Nunc ubi populea dulcem Philomela ſub um-(bra
Lamentatur Ityn, veteresq; recantat amores:
Et ſua raucíſonæ deplorant fata palumbes:
Me quoque mordaces fas eſt effundere curas.
Aures cantanti faciles mihi porrige Fauſte.
F. Meq; referre mei fas eſt mihi pectoris æſtus:
Vos montana meis attendite fata querelis,
Auribus & Dryades mea dicta recondite veſtris.
P. Nulla terit Siculos tigris tam ſubdola mon-tes,
Quæ par ſit ſimilisque lupo: ſeu ſera ruat nox
Seu Phœbus roſeo percurrit lumina cœlum,
Inſidiis toties pecudes invadit ovesque:
Hæc fera non fuſo vivit niſi ſangvine peſtis.
F. Ingluviem tantùm vereor rabiemq; luporum
Sarmaticas quantum Siphileia ſaxa ſagittas,
Quantum bacchantes Alpina Ceraunia ventos.
Effera quicquid enim mihi bellua ſurpuerit vi,
Hoc gregis omne mihi damnum fœtura rependit.

P. Heu

P. Heu quod triste meum comitantur ovile labores?
Æstivis nunc me calor & sitis ignibus urit,
Nunc creperi quatiunt sævo me frigore Cauri,
Tristis hyperboreis nivibus nunc depluit æther,
Nunc pluviis æquor Nereus diffundit in æquor,
Obsessumque tenet gelida nive Juppiter orbem.
Hæc si dira poli diludia quando revolvo,
Me pavor erodens invadit & ilia quassat.
F. Æquoris insanos clauso nil gurgite fluctus
Penso, nec Pharii septemfiua cornua Nili:
Frigora nec me, nec Cyclopica fulmina terrent:
Ventis ipse Lares hyemantibus incolo nostros,
Sorbet & immites hos pro me verna dolores.
P. Me premit interea noctes Cytherea diesque
Imperioque suo totum sibi mancipat unum.
F. Vilis amor res est, juvenilis & inconsultus
Impetus, & dulcis lactans insania mentem.
P. Ulmus amat vites, sed me Rosabella, virentes
Sirius urit agros, sed me Rosabella, recentes
Grando necat segetes, sed me Rosabella, pudicos
Sidereis si non oculis licitatur amores,
F. Lubrica res amor est, & semita plena doloris,
Et Labyrinthæis via septa laboribus, errans
Spectrum, quod miseros & te quoque perdit, amantes.
P. Nectar amor meus est, succoq; suavior omni
Allectans placida dubiam dulcedine mentem.
Umbra viatori non est ita grata, calore
Dum coquit insano canis Erigoneus aristas:
Non fessis requies, nec anhelæ pocula lingvæ,
Quam mihi conspectus tuus est: tua labra mel & lac,

Mille

Mille Damascenas superant tua basia ficus.
Nulla tibi vultus par est dulcedine Nympha,
Balthica quo Brussos conterminat Amphitrite;
Vel nive conspersas quo Norica conspicit Alpes.

F. Aspera corruptus quæ sunt facit optima sensus.
Dulcis amarities amor est, fugitiva voluptas,
Hæc in deceptrix absynthia sacchara vertit,
Hæc & in insipidum convertit Nectar acetum.

P. Sæpius hanc oculis est mel percurrere Divam
Te quicunque videt mea spes & AMATIO, dulcem
Dixisset Veneris se conspexisse figuram,
Tunc ubi formosum manibus perstringit Adonim
Dulcifluoque suum percurrit lumine Martem.
Quam me captivum duris Venus aurea vinclis
Ducit, & indomitis torquet mea viscera flammis!
Scilicet hoc pactum tibi quod sociale spopondi
O suffarcta mei spes indivulsaque cordis
Seu sors atra fuat, læto seu fulserit ore,
Stabit ut ad strepitum rupes immobilis Austri.

F. Quot Chariis errant pecudes in montibus, & quot
Ille lupus pepulit vernas Caprarius à se,
Tot tenet infandos amor includitque dolores.

P. Incaleo flammis, quas Thracius Hermes & Helles
Quas nec odoriferi restinxerit unda Caystri
Nec fons cum vitreo compescat Cyticus amne.

F. Ornos quisquis amat duras, saxumq; volutat
Sisyphium: Tity punitur tormine, cujus
Stymphalides rapiunt immani viscera rostro
Perpetuo crudis crescentibus intestinis.

P. Uror

P. Uror ut Æthnæis querceta ſub ignibus, uror
Nocte velut piceo gliſcentes ſulphure tædæ:
Ut niger accenſo ſi carbonarius igne,
Conglomerat piceos Zephyro bacchante liquores
Segniter in flatum ſi cuſtodiverit ignem,
Ignis edit ſylvam jubilo crepitantibus omnem.
F. Hos mea mens dudum ſtolidos delevit amores,
Hæc in amore mori cupit atque liqueſcere primo.
P. Vellera non adeo candent Phryxæa, columbæ
Non Dodoniades, pictis nec prata pruinis,
Quam mea lacte madens dulci Roſabella colore.
Te fugiente loquor, loquor adventanteque Sole,
Metior atque meo tua dulcia verba dioptro,
Te mihi ſaxa domi, poſtes & ſcamna loqvuntur
Aſſimilantque tuum jucundo murmure nomen,
Ventus, teque ſonant Zephyri Roſabella tepentes.
F. Mentis deletrix Venus eſt, quæ candida nigris
Miſcet, & exponit res pro candentibus atras.
P. Hanc conſtanter amo, cunctis ſitioq; medullis,
Seu cum ſangvineis aurora jugalibus exit
Sive ſuo feros illuſtrat lumine Mauros.
F. Sicut avis ſubito digitis incluſa cruentis
Evolat è manibus pernicibus Aucupis alis:
Tam cito purpureæ decus interit omne juventæ
Inque fluit rugas facies formoſa ſeniles.
P. Æſtatis flavas quot tondet meſſor ariſtas
Gramine quotque pecus metit hoc, viridesque myriſcas,
Tot meus includit, tot & explicat ignis amores.
Hic candore nivem, violas violatque roſasque
Quas in Acidaliis Venus aurea legerat arvis.

F. So-

F. Somnia nil loqueris deliramentaque præter,
Noster amor Deus est, nostris is patribus olim
Divinum Pharia regem de gente spopondit.
Crimen quod nostri decantant esse, Sophistæ
Peccatum, sævo veluti quod Cerberus ore
Exspuit, indomitos, dispendia, jurgia, morbos
Bella, repentinam crudelia fataque mortem
Ille refrenabit crudelia monstra, futurus
Amphitryoniades, herosque Salutifer unus,
Delebitque sua tristi mea crimina morte.
Secula tunc venient cum venerit aurea rursus
Mella dabunt silices, stillabunt balsama quercus,
Lacte fluent valles & vino summa madebunt.
Hunc desideriis exposcimus omnibus, illum
Expectant hodie, cœlum, mare, terra, salutem
Ille lupos ovibus mollesque leonibus agnas
Ac infrenata vitulos cum Tigride junget.
Hic formidatos prosternere noverit hostes,
Inque salutiferam bellum convertere pacem
Sicut id Euboicæ monstrant præsagia cunæ.
P. Id mel Aristæum liquefactaque sacchara vincit
Vinaque Campano rorantia Massica prælo.
F. Ille futura meæ spes est opiferque salutis,
Hoc Polluce meas inflecto nauta carinas
Hac portentosam cum Castore vito charybdim,
Hanc agitant placidæ scænam mea somnia noctis,
Hunc dulcemque dies absolvit quilibet actum.
Lentius interea lupus esurit ite Capellæ.

ECLO-

FAUSTUS & FELIX.

Fa. AUrea quid jactant Phryxæaque vellera prisci,
Qua retulit Diti magnus de vellere Jason?
Nunc majora, nimis sunt hæc antiqua, canemus.
Natus homo Deus est, armentorumque cavernam
Ingressus, stipulas inter pecudesque quiescit.
Absque pari factum! non hæc diludia Roma
Docta nec in cunctis audivit Græcia transtris,
Nec sunt in nostris hæc papilionibus unquam
Visa, Syracusio nec decantata cothurno.
Natus homo Deus est armentorumque cavernam
Ingressus, stipulas inter pecudesque quiescit.
Ubere distentas mulge Caprimulge capellas
Ferq; novo centum lactis carchesia Regi.
Fe. Non jam furta Jovis, non subdola facta Diones,
Martis Adulterium, brutâque libidine Sapphum
Mens mihi, nec causas mihi mens scrutarier illas,
Cur occulta vagos virtus magnetica nautas
Per fremitus maris insanos deducat ad Arcton?
Cur bibat invisum mixto sale pocula stagnum
Et magis ad plenam turgescant æquora Lunam?
Hæc arcana meos excedunt cuncta cothurnos.
Sed quæ visa mihi sunt hac auditaque nocte,
Fraxineas his de factis inflabo cicutas.
Omni qui visu Deus est oculatior, omni
Clarior auditu, tactu sublimior omni
Quem non mole sua sensus complectitur ullus,
Ille Palestina satus est de Virgine, juxtim

Et

Et sua nos homines inter tentoria fixit.
Ferre crocum Dryades, mulsumq; merumq; Napææ,
Mella Palestino Charites & amygdala Regi.
Fa. Nox erat & somnus pecudes invaserat altus,
Pallida sub tenebris latitabat Cynthia spissis.
Ecce repentinus fulgebat ab æthere splendor
Vastaque nubivagum loca cuncta per aëra purus
Ignis & ignis erat: veluti cum Pelias Argo
Duceret, adq; levem me ferret Scylla Charybdin,
Sic animo percellebar: mox astricus ales
Angelus occasu fulgentior Angelus ortu.
De Cœli revolans spatioso circite, cujus
Iridis instar erant vestes, instarq; smaragdi
Quique tenebrosâ fulget sub nocte Pyropus.
Argumentoso sacer hic sermone Coraulis
Prorsus & invictis consolabatur Elenchis
Tantis femineces prope nos aspectibus, atque
Angelico tales animabat in ore loquelas:
Natus Idumæa Deus est à virgine, portas
Hic hodie clausas vobis patefecit Olympi,
Ac adamantæis cataracta ligata catenis,
Gloria sit bipolo laus indivulsaque regi,
Pluraque sidereis affinia carmina Divis
Cantabatque novis præconia dulcia cunis.
Dulce recensenti mihi sunt hæc omnia Nectar.
Ubere distentas mulge Caprimulge capellas
Ferque novo centum lactis Charchesia regi.
Fe. Non tot oves Calabris tot aves in montibus errant,
Nec sub corticibus tot Sicelis Enna recondit
Arida grana suis, quot erant & adesse videntur
Juxtim nos agiles & nostra mapalia mentes.
Enthea pars circum suffimina fundit ovile,

 Ornat

Ornat & antiquo viridi pars termite crates,
Pars Citharam pulsat, crotalos animatq; loquaces,
Pars calthas violasque pluit, messesque rosarum.
Pars serit Ambrosiam, pars non descriptile Necta
Pupuream que sapam, tuceta supernaque spargit,
Denique tota cohors sublimibus acta quadrigis
Dulcia perpetuis concinnat carmina Fastis
Solis ad usque Dei suspendens limina laudes.
Ferte crocum Dryades, mulsumq; merumq; Napææ
Mella Palestino Charites & amygdala regi.

Fa. Sed quid is hospitii Rex atq: Salutifer Heros,
Quem cœli famulo cives pede, quemq; penates
Poplite cœlestes flexo reverenter adorant
Accepit? regnum Capitolinumque Tonantis
Despicit, Amphitheatrales Phariasque columnas.
Non sub Mygdoniis auro gemmisque tapetis,
Sed sub cespitibus sub arundinibusque resectis
Conditur haud Romæ tantum sed conditor orbis.
Ubere distentas mulge caprimulge capellas
Ferque novo centum lactis Charchesia regi.

Fe. Quam nimis adversis te sors premit aspera fatis
O ter sidereo major splendore, quaterque
Pulchrior Angelicis species & imago ministris?
Non tua de Coâ sunt pulvinaria veste,
Dura nec Assyrium redolent tua stragula serum,
Includuntque tuis non intertignia cunas
Cæsaris, aut Pharii fulgentia limina regni.
Cur ita sidereas contemptim deseris arces
Inter ovesq; tuum pecudesq; recondis Olympum?
Suscipis hæc nostram propter mala fata salutem.
Halcyonumque dies, non visaque gaudia nobis
Æternumque paras decus atque repotia cœli.

Hæc

Hæc tua paupertas superat ter maxima septem;
Quid septem? centum violat miracula mundi,
Et super Assyrios transcendit laude triumphos.
Unde chorus magno superum clamore resultat,
Occentatque tuis divina celeusmate cunis.
His quoque delectat se rebus amabilis Echo,
Tantaque multiplicat, dum dicit, gaudia nobis,
Natus Iessea Deus est è termite vobis.
Ferte crocum Dryades mulsumq; merumq; Napææ,
Mella Palestino Charites & amygdala regi.
Fa. Quam dulces hodie vastum mare, mundus, Olympus
Æthera cum refluo famulantia sidera sole,
Objiciunt strepitus? ebulis minioque nitentes
Floribus incedunt Satyri, Faunique bicornes
Et tibi multifora meditantur carmina buxo.
Serta Dryas glomerat, virides Panopeque corollas
Concinnoque tuas extollunt cromate laudes,
Mitescunt austri, tempestatesque sonoras
Cunctaq; proscribit ventorum murmura Triton.
Natus Jessea Deus est è termite nobis
Ubere distentas mulge caprimulge capellas,
Ferque novo centum lactis Carchesia regi.
Fe. Tota perennanti facies mutatur in orbe.
Cinnama Bethlemiis sudant è quercubus, ipso
Deque fluunt Libano redolentia balsama, vasti
Mella ferunt montes & aromata dulcia rupes,
Totaque liliolis ridet Galilæa Sabæis,
Hic Citicum messes, hic pictaque Gargara multis
Frugibus, hic omni vindemia tempore dives
Exultant fœtus ovium, nemus omne, virentes
Montis oliviferi segetes, vicina Damasco
Prataque sussiliunt, Solymeaque jugera, magno

Aſſurguntque novo Laterana Palatia regi.
Natus Ieſſea Deus eſt è termite nobis,
Ferte crocum Dryades, mulſumq; merumq; Napæ
Mella Paleſtino Charites & amygdale regi.

Fa. Aſpice divinis quantum ſplendoribus ille
Sub ſtipulis fulget Cœli Dictator & Orbis?
Non adeo pictis ſplendent anemona corymbis,
Non nova lacteolis colocaſia ſparſa liguſtris,
Non roſa Pæſtani nec odori lilia campi,
Non color Encauſti, non uvæ purpura creſſæ,
Tulparumque decor, croceo nec prata colore
Ebria, nec mixtis ebur inſuperabile calthis.

Fe. Aſpice quam multis decorarit lucida mate
Teque peregrinis pater aſtricus ornamentis?
Non ita Mygdonio Sapphirus lucet in auro,
Non Garamantæis adamas electus in undis,
Non frons Mœnaliæ vaga cæſariesque Dianæ,
Non Terteſſiacis ter Cynthia pulchrior aſtris,
Non formoſa Venus, ſplendoreque totus Horizon
Natus Ieſſea Deus eſt è termite nobis.
Ubere diſtentas mulge caprimulge capellas
Ferque novo centum lactis Charcheſia regi.

Fa. Gemmea frons magni ſpeculum fulgentis
orbis,
Cujus Hydaſpæis dulciſſima labra corallis,
Cujus Erythræis contendunt lumina gemmis,
Me rapit aſpectus quorſum tuus? omnis amoris
Copia te penes eſt, nec habet tua gratia portum.
Te quicunque videt, plus appetit ille videre,
Nec te ſpectantem ſaties capit ulla videndi,
Omnia diviſim quæ ſunt, hæc cuncta videntur
In te conjunctim, lux, ô lux, enthea cœli.

[T]e quantum quantumque magis ſpectaro, tua me
[T]antum plus tantumque magis dulcedine ſtringis.
Fe. Sed jam plauſtra dies ſtridentia linquere
poſcit
[E]t juga defeſſis diſſolvere panda juvencis.
Fa. Et ſua jam properant pecudes ad ſepta, diesque
[E]xoriensque vocat nos ad mulctralia veſper.

ECLOGA III.

PIUS & FAUSTUS.

[P]. UT ſi reſtiles cum pauper Apitius agros
Vomera theſaurū laceraverit invenit auri,
[E]uclio quam turpi corraderat arte triparcus:
[S]ic mea lætitia ſaliunt te pectora viſo.
F. Te viſoque viam tam lætus adorno, capellæ
[S]icut Idumæis redeunt è montibus hornæ.
P. Nunc ubi ſe roſeo pallantias exerit ortu,
[P]erque pecus virides detondet prata myricas,
[H]unc quoque Fauſte diem frangamus carmine, vaſtum
[M]ulta recenſendo quam ſint arcana per orbem?
F. Quot vitreo pecudes potant è fonte Galati,
[Q]uot frutices Libani tondent in valle capellæ,
[T]ot ſunt quæ noſtros tranſcendunt abdita ſenſus.
P. Bucera quot fodiunt culices armenta, ſtrepentes
Noſtraque quot juxtim volitant mulctralia muſcæ,
Lativagum tot ſunt myſteria ſparſa per orbem.

 Inci-

Incipe Faufte prius, nam te docuere Sophiftæ
Plurima barbati, Druydesque recondita prifcæ :
F. Cur tam multiplici variatur imagine Luna
Atque vel occafum modo fe, modo flectit ad ortu
Cornibus, & moriens modo lumine deficit omni
P. Cur Sol purpureis tot veftit floribus orbem,
Menfeque tot generat frutices & germina Majo,
Quod nunquam totum præftat vaga Luna per an
num.?
F. Cur Judæa videt redolentia balfama tantum
Tantum Panchæi fumantia thura Sabæi?
P. Cur premit illiquida rigidas nive Juppit
Alpes
Æternisque madet caput imbribus Appennini?
F. Cur ferus Antipates, Lapithæ, fæviq; Gigant
Montibus armabant centum fua brachia, deque
Idæum volucre Jovem detrudere cœlo?
P. Cur triftes Acheron ftagnante voragine me
tes
Ad Stygium piceis tot ducit lintribus orcum?
F. Admiranda quidem funt hæc arcana : fe
hoc eft
Admirabilius, carnis fine labe figuram
Affumpfiffe Deum, majeftatemque tremendam
Crate fuper cinctam claufamq; latere faligna.
Nunquam Carpathius venturi præfcius Augur
Vaticinans nec anus prædixit talia cribro.
P. Aftrica frons, facies facie formofior omni
Te quibus ignitis complectar amoribus, illud
Eloquar, indoctis quamvis accentibus unum.
F. Ite manus vitreo lotum de fonte bubulci
Suffitusque novo, decimasque facrate, tonanti,
P. Se

P. Seu sedeo, seu per fruticantia pascua curro,
Seu per sylvarum dumeta perambulo, seu per
Fraga latebrosas bicoloria colligo spinas,
Nil nisi cantillant quam te mea carmina solum,
Scitis Idumæi verum me dicere montes.

F. Seu facili putres decerpo pollice fungos,
Seu coquo castaneas, hirtisque Cydonia barbis,
Seu Jordanis aquas, lymphasque resorbeo puras
Te coäcervata celebrat mea tibia laude.
Scitis palmiferi quæ jam loquor omnia colles.

P. Seu thalamum Solis, Lunæq; remetior ortum
Seu pastum deduco pecus, potumque capellas,
Seu madeo pluviis, medio seu sopior æstu,
Nil nisi cantillant quam te mea carmina solum,
Scitis Idumæi verum me dicere montes.

F. Seu cano multifora seu tento carmina buxo,
Seu per structa dapes epulasque triclinia sumo,
Seu vinum festis bibo quinquennale diebus,
Te coäcervata celebrat mea tibia laude.
Scitis palmiferi quæ jam loquor omnia montes.

P. Ite salutatum genitum de virgine regem,
Quem latus hesperium nec circumcinget, Eoum,
Nec Boreas Lybicus, Lips Africus, Indicus Eurus.

F. Tecum Sol oritur, molles oriuntur & herbæ,
Et tecum redeunt candentia lilia, quotque
Hesperiæ nobis Tulipana tulere Moluccæ.

P. Frundiferæ tecum viridescunt brachia Sylvæ,
Gramen odoratum, stellataque floribus arva
Fontes dulcescunt vitrei lymphæque loquaces,
Lætius atque meæ redeunt ad septa capellæ.

F. Frundiferæ sine te sterilescunt brachia Sylvæ,
Gramen odoratum, stellataque floribus arva

Fontes arescunt vitrei lymphæque loquaces,
Tristius atque meæ redeunt ad septa capellæ.
P. Tecum castaneas, rutilantia moraque, molles
Cumque Damascenis decerpo carica prunis,
Et bibo de pressis Acheloia vina corymbis.
F. Te sine nil maluas præter fatuasque labruscas
Colligo, nil lolium præter fungosque suillos
Et de vicino bibo lurida pocula stagno.
P. Ferte lyram resides calamos animateq; servi,
Atque pererratis ac alternantibus odis
Hunc sepelite diem mecum, noctesque sequentes.
F. Exalbesco quidem vili sub carice si te
Sub stipulisque Deum video vagire potentem:
Non Galilæa tibi Tyrio de Syndone pallam
Mittit, Egenoreas Solymæ nec turba lacernas
Sed circumducunt te dura mapalia, teque
Infra sunt pecudes, supra palearia, fœdæ
Juxta te sordes, ovium rejectamentum.
Sub storea latitas, sub olenti cortice dormis,
Teque tegit ruptis Virgo Nazaria braccis,
Et parat è putri tibi cervicalia musco:
Sed mea quando tuum percurrunt lumina vultum
Pervolvuntq; tuæ vigilantia sidera frontis,
Omnibus in toto lætis sum lætior orbem,
Cunctaque te viso redeunt mea gaudia visum.
P. Quantum luce preit Jaspis Garamantica saxo,
Tantum cuncta tua transcendis lumina fronte.
Tænariæ cessat tibi frons faciesque Lacenæ,
Parque gemelliparæ nec erit tibi gratia Divæ,
Non Sarrana fuit Juno conspectior olim
Clarividis visum cum se præberet in astris.
F. Quicquid librorum conscripsit Græcia quondam,

Verbo-

Verborumque tenet facundia celtica, non sunt
Fictaque cuncta tuæ non sunt affinia formæ.
P. Purior es speculo, longe formosior omni
Marmore, Salmonia nive candidiorque, rosero
Et Tyrio tota facie rubicundior ostro.
F. Pulchrior es gemmis, solis fulgentior ortu,
Splendidior conchis, æstiva gratior umbra,
Oblectabilibus longeque suavior uvis.
Illa mihi facies tot gaudia destinat, olim
Quot Babylonis ager fructus, ubi lætus ab uno
Grano centuplices tondebat messor aristas.
P. Ite manus vitreo lotum de fonte bubulci,
Suffitusque novo decimasque sacrate Tonanti.
F. Dicite quot vasto dominantur in æquore Nymphæ
Deque quot antiqua genitæ sunt Doride natæ,
Quas pater insigni Nereus implevit amictu,
Sæpius & secum viridi deduxit in alga:
Dicite, quam dulci vos sim complexus amore
Tamque salutarim vos sæpe sub ilice cana?
A vobis mea jam desciscunt carmina, sacris
Ardet & impletur mea mens influxibus, ibo
Ibo meæ visens dulcissima gaudia vitæ:
Lactea quæ niveis includit mater in ulnis,
Hunc ad quadrijugo duxerunt omnia curru
E cœlo faciles quæ sunt pulcherrima Divi.
P. Ite salutatum genitum de virgine regem
Quem latus hesperium nec circumcingit Eoum,
Nec Boreas Lybicus, Lips Africus, Indicus Eurus.
F. Vos & Hamadryades dulcesque relinquo Napæas,
Sæpius in nostro quæ convenere salicto
seque revolventes inter duxere choreas,

Fontes arescunt vitrei lymphæque loquaces,
Tristius atque meæ redeunt ad septa capellæ.
P. Tecum castaneas, rutilantia moraque, molles
Cumque Damascenis decerpo carica prunis,
Et bibo de pressis Acheloia vina corymbis.
F. Te sine nil maluas præter fatuasque labruscas
Colligo, nil lolium præter fungosque suillos
Et de vicino bibo lurida pocula stagno.
P. Ferte lyram resides calamos animateq; servi,
Atque pererratis ac alternantibus odis
Hunc sepelite diem mecum, noctesque sequentes.
F. Exalbesco quidem vili sub carice si te
Sub stipulisque Deum video vagire potentem:
Non Galilæa tibi Tyrio de Syndone pallam
Mittit, Egenoreas Solymæ nec turba lacernas
Sed circumducunt te dura mapalia, teque
Infra sunt pecudes, supra palearia, fœdæ
Juxta te sordes, ovium rejectamenta.
Sub storea latitas, sub olenti cortice dormis,
Teque tegit ruptis Virgo Nazaria braccis,
Et parat è putri tibi cervicalia musco:
Sed mea quando tuum percurrunt lumina vultum
Pervolvuntq; tuæ vigilantia sidera frontis,
Omnibus in toto lætis sum lætior orbe,
Cunctaque te viso redeunt mea gaudia visum.
P. Quantum luce preit Jaspis Garamantica saxo,
Tantum cuncta tua transcendis lumina fronte.
Tænariæ cessat tibi frons faciesque Lacenæ,
Parque gemelliparæ nec erit tibi gratia Divæ,
Non Sarrana fuit Juno conspectior olim
Clarividis visum cum se præberet in astris.
F. Quicquid librorum conscripsit Græcia quondam,

Verbo-

Verborumque tenet facundia celtica, non sunt
Fictaque cuncta tuæ non sunt affinia formæ.
P. Purior es speculo, longe formosior omni
Marmore, Salmonia nive candidiorque, roseto
Et Tyrio tota facie rubicundior ostro.
F. Pulchrior es gemmis, solis fulgentior ortu,
Splendidior conchis, æstiva gratior umbra,
Oblectabilibus longeque suavior uvis.
Illa mihi facies tot gaudia destinat, olim
Quot Babylonis ager fructus, ubi lætus ab uno
Grano centuplices tondebat messor aristas.
P. Ite manus vitreo lotum de fonte bubulci,
Suffitusque novo decimasque sacrate Tonanti.
F. Dicite quot vasto dominantur in æquore
Nymphæ
Deque quot antiqua genitæ sunt Doride natæ,
Quas pater insigni Nereus implevit amictu,
Sæpius & secum viridi deduxit in alga:
Dicite, quam dulci vos sim complexus amore
Tamque salutarim vos sæpe sub ilice cana?
A vobis mea jam descifcunt carmina, sacris
Ardet & impletur mea mens influxibus, ibo
Ibo meæ visens dulcissima gaudia vitæ:
Lactea quæ niveis includit mater in ulnis,
Hunc ad quadrijugo duxerunt omnia curru
E cœlo faciles quæ sunt pulcherrima Divi.
P. Ite salutatum genitum de virgine regem
Quem latus hesperium nec circumcingit Eoum,
Nec Boreas Lybicus, Lips Africus, Indicus Eurus.
F. Vos & Hamadryades dulcesque relinquo Napæas,
Sæpius in nostro quæ convenere salicto
Seque revolventes inter duxere choreas,

Vobis surripior, non vestros ardeo vultus
Amplius, æthereas cœli sub fornice flammas
Qui regit, is pecudes inter squarrosaque saxa
Vagit, & in cunis interque crepundia dormit.
Illius in faciem si me conjecto, loquelæ
Impetus atque tenor præter mihi cluditur omnis,
Tam divis similes effundit ab ore nitelas.

P. Non adeo gemmis pictus variantibus orbis
Non decor ostrinus, nitidi speciesque pyropi
Fulget & ingenito dulcis splendore smaragdus,
Jaspis & hesperio si circumcingitur auro.

F. Non ita Pæstanis candens hyacinthus in hortis,
Non rosa, quam viridi decerpsit Adonis in Ida,
Non dulces calthræ, viridis quas conspicit Otrys,
Lactea Thessalicis nec lilia sparsa ligustris.

P. Non adeo Dryadum baccata monilia splendent,
Non decus Aonidum, nec florida serta sororum,
Non matutinis vada conglaciata pruinis,
Cum ferus Othrysia Boreas se flectit ab Arcto.

F. Ferte lyram resides calamos inflateque servi
Atque pererraris ac alternantibus odis
Hunc sepelite diem mecum noctesque sequentes.


P. Sicut in Eclipsi cum lumine Luna laborat,
Opposito, Solem tenebris oppressa reposcit,
Possit ut amissam de fratre resumere lucem:
Omnia sic cœli sitiunt te signa videre,
Diva pudoricolor, gelidoque sub axe Bootes,
Et quot Gnosiacæ rutilant vaga signa coronæ:
Quotque sereno sas vibrat via lactea stellas.
Quid de sideribus memoro? te saxa videndo
Admirarentur, si provida cura Japeti
Caspia fecisset non hæc sine lumine saxa.

F. Ite

F. Ite manus vitreo lotum de fonte bubulci
Suffitusque novo decimasque sacrate Tonanti.
P. Sicut Threicias quærens ululantibus odis
Eurydicen, nihil Eurydicen magis Eurydicenque
Quam tristi noctes poscebat voce diesque:
Sic toto te quæro die, teteque tuumque
Omni nectareum sub nocte remurmuro nomen,
Mel est, atque tuum mihi Nectaris amphora nomen.
F. Ver sine sole quod est, culti sine flore novales,
Quod sine pace domus, viridi sine gramine tellus,
Hoc est vitai sine te mihi vescier aura.
P. Gramen oves, piscesq; fluenta, rubosq; capellæ
Tesqua feræ, sed amant mea, te præcordia solum.
Extra me quæro sine te me, parque sepulto
Viribus effractis toto sum corpore, teque
Vivere conspiciens juveniles ordior annos.
F. Te delubra sonant, montes sylvæq; strepentes
Quotque latebrosus fœcundat jugera Nilus.
Te pecus agnoscit famulanti poplite brutum,
Quot tondentque greges hoc in virgulta salicto.
Torrida te Memphis metuit, te Pelion altum
Extremique timent orbis tua numina Gades.
P. Ite salutatum genitum de Virgine regem,
Quem latus hesperium nec circumcingit Eoum,
Nec Boreas Lybicus, Lips Africus, Indicus Eurus.
F. Roditur à carie quercus, consumitur ilex,
Aëriæ pereunt ventorum turbine cedri:
Imbricitorque suis Aquilo nocet imbribus uvis,
Sed mea ceu celsi mens imperterrita montes
Durat, & irruptis te nectit amoribus unum,
Seu fugit & roseos immergit in æquore vultus,
Seu redit ablota radians Hyperonia fronte.

P. Quis-

P. Quisquis in abrupto tecum coalescit amore,
Ac adamantæo te compede stringit Olympi,
Hauriet ambrosios dulci cum nectare succos
Ac erit Elysii conviva sub ilice mambræ.
F. Ferte lyram resides calamos inflateq; servi
Atque pererratis ac alternantibus odis
Hunc sepelite diem mecum noctesque sequentes.
P. Mundi terque sacer bipoli Dictator Olympi,
Sic roto, sic oculos ad te converto, nivosa
Ut lapis Herculeus nunquam se flectit ab arcto.
F. Te neq; cernendo mea mens satiatur, ut astra
Absque fatigato saliunt per climata cursu.
P. Ævi rex, orbis decus indelebile, subter
Omnia te quot sunt oblectamenta requiro,
Adque manus amplexandum te porrigo binas.
F. Omnia teque super mundi diademata pono,
Atque tuos alios ejuro præter amores.
P. Ter sacer ædilis, cœlestis curio vitæ
Te noctes tacitis impulsibus opto diesque
Pluris teque meam facio quam diligo vitam,
Æternosque meis fidibus tibi destino versus.
F. Obsequiumque tibi perpes meditabor, & omnes
Nutus observabo tuos tua factaque, centum
Sique mihi quicquam pedibus præceperis ibo.



De

De
NFANTIA CHRISTI
LIBER TERTIUS
continens
PLANCTUM
Beatæ Matris de amiſſo
Filio duodecennali.

TRIUM PASTORUM & BEATÆ MATRIS PLANCTUS de Amiſſo Filio duodecennali.

I.

Mater.

SIccine ſervitio Rex immanſvetus atroci
  Tot voluit populos funditus opprimere?
Quid nunc ô Pharao, niſi declamatio turpis
  Factus es, & ſceptri frivola turba tui?
Non ſunt ſurda velut blaterabas fata, perinde
  Te maris oppreſſit gurges & ira Dei.

II.

Pauca pererravit mea tempora vita, ſed ô quid
  Me vitæ ſpatium tam breve non docuit?
Quod formidatos ſcio crudeleſque tyrannos
  Quorum finis atrox, exitiumque fuit?
Quot poſſum reges numerare, quibus Deus olim
  Aſper, & æterno fulmine durus erit?

III.

Nunc ubi ceſſavit gravis hæc oppreſſio, nobis
  Rurſus & ipſe dedit fata ſerena Deus:
Confluit ingentem ſpiſſiſſima turba per orbem,
  In templo celebrans annua feſta ſacro:
Suppliciterque Deum quo cuſtoditior eſſe
  Poſſit, & in dulci vivere pace, rogat.

IV. O

IV.

O pietas gemmis acceptior omnibus, omnis
Auri congeries par nequit esse tibi:
Fulget Amazonio pietas ut jaspis in auro,
Quicquid & ornatus principis hortus habet:
Præpono regnis ego te, pereoque medullis
Omnibus, & templi festa beata tui.

V.

Inprimis veneror multum te mellee Fili,
Ultima tu vitæ primaque cura meæ.
Te penes est pietas, & nectar amabile morum
Ad nutumque facis, quod facis, omne meum.
Nec sine lætitia tua specto negotia, quæ me
Sæpe domi, mea Lux, conspiciente facis.

VI.

Plurima Dædaleo facis instrumenta labore,
Quæ non ipse parens absque stupore videt.
Cuspide subtili varios in marmore vultus
Exprimis, & celebres sculpis in ære viros.
Sæpe mihi vacuis affers è vitibus uvas,
De sterilique nuces arbore castaneas.

VII.

Construis ædiculas & parva mapalia, vili
Et de calcato gemmea vasa luto.
Das animam sculptis animalibus, aurea sæpe
Flavaque compacta de nive poma facis:
Cuncta facis, mea Lux, nullo præeunte, potesque
Hæc tua quæ didicit dextera, nec didicit.

IIX.

Lympham non vitream, sed honoratissime Fili
Affers dum sitio Lesbia vina mihi.
Frangis sæpe domi doctos sermone Quirites
Arteque proscribis judicioque senes.

Gran-

Grande rudimentum! sed quid facturus es olim,
Cum mea Lux potior vir & ephebus eris?

IX.

O dulcedo meæ mellita beataque vitæ,
Unica spes animæ Sol clypeusque meæ.
Te penes est omnis sapientia dexteritasque,
Quod facis omne facis scitius & melius.
Mane novo seroque die pro te lito vota
Proque tua toties thura salute dabo.

X.

Dives ego non sum, sed non tibi sordeo fili,
Fercula nec mensæ respuis ipse meæ.
Lactucas, alicas edis & cum lacte moretum
Mecum, sub lardo dulce natans & olus.
Sæpe famemque tibi cribrata legumina delent,
Nec mea fastidis sportula quicquid habet.

XI.

Orbis delitium, facies tua fulget ut albus
Flos veneris roseo qui natat in latice.
Purpureo finxit triplex te gratia vultu
Instar & electæ Virginis ora geris.
Te mea mens unum colit observantius, & te
Lumina non aliter quam mea semper amo.

XII.

Docta tibi mentem (pietas ignosce) Minerva,
Depinxit faciem dulcis & Euphrosyne.
Eois tua sunt æqualia lumina gemmis
Quicquid & æthereæ sidera lucis habent.
Cressa velut sorbis est dulcior omnibus una:
Sic te præ reliquis non amo, sed pereo.

XIII.

Nate Deo factis propior virtuteque, per quam
Ambulat & loquitur verus in orbe Deus.

Ad

Ad tua vox hebes est Matris præconia, fervet
Laus tua per grandes altius ire tubas.
Vos orate nurus, tales ut ab æthere vobis
Filiolos simili det pietate Deus.

XIV.

1. Pastor.

Nunc oblata Deo mea sunt holocausta, cecidit
Pingvis & ante meos agnus ovisque pedes.
Exhibui decimas quas de proventibus olim
Solvere præcepit primitiasque Deus.
Ritè sacerdotes veneror, sed abominor illud
Quod Stous, cor iners aut Epicurus agit.

XV.

Nunc ubi tanta redit magno velut agmine Sturni
Copia de sacris urbs Solymæa tuis:
Hic ego te magnis quæsivi gressibus inter
Tam pueros inter quam, mea vita, senes.
Sed non te vidi: sors ô sors aspera! non sunt
Cœlum, terra, fretum, te sine, grata mihi.

XVI.

Oceanus rerum, mea Lux, fabricator Olympi
Te sitio vitæ duxque reduxque meæ.
Cuncta bonis fiunt avibus, Zephyrisque secundis
Tecum, fit secius, te sine quicquid ago.
Te sine non hisco: ter te sine longior anno
Fit mensis, properans hora dieque mihi.

XVII.

Cur natale solum, domicilia parvaque matris
Vastaque tota tibi non Galilæa placet?
Forte vel ad Mauros vel curris ad ultima Bactra,
Vel quo fertilibus Nilus abundat agris.
Ah fuge barbaricas scopulos ut in æquore gentes,
In patria poteris tutior esse domo.

XIIX.

XIIX.

Dum fugis & veteres post terga relinquis amicos,
Meque meum qui cor, ardor & ignis eras.
Eurusq; Zephyrusq; gemunt, lacrymatur Orion
Et formidatis imbribus arva replet:
Hinc fontes fluviique dolent, cœlumque salumqu
Innumerabilibus te revocant lachrymis.

XIX.

Altera nunc Eos illuxit ab æthere, qua me
Per tot scæva rotat sors & amara vias:
Relliqui tenues nostris in ovilibus agnos
Et niveum tondens herbida prata pecus:
Nemo peregrinis sed te conspexit in oris
O cor & exhaustæ pendula spes animæ!

XX.

Ipse senex capulo vir sum vicinus, eoque
Quo mea me versus fata Deusque trahunt.
Ulceribus mihi pes est læsus uterque, nec unquam
Experior lateat quo, mea Vita, loco?
Hic igitur fractis subsisto viribus, in me
Dum nihil est vitæ, plus superestque viæ.

XXI.

2. *Pastor.*

Nunc finita sacro sunt annua festa labore,
Et vacuus meus est pane ciboque cadus.
In loculo nihil est, vilis nec scrupulus auri,
Nulla nec argenti drachma relicta fuit.
Pars sacer accepit cultus, pars civis avarus,
Quam pretio constant Sabbatha nostra gravi!

XXII.

Nunc iter in patriam celeri dum comparo gressu
Quam nova dura meis auribus ipse bibo!

Te

Te mea Vita tuam, mea Lux cryſtallina, matrem
Et pariter pactam deſeruiſſe fidem.
Sic Pius, & Fauſtus, ſic fama loquacibus alis,
Sic uno populus clamat & ore refert.

XXIII.

I nunc & variis mater ſingultibus orbem
Et faciem lacrymis perlue mœſta tuam,
Ignotis forſan tua vita vagatur in oris
Inque peregrino flet ſua fata loco:
Ite graves vacuas clamores ite per auras!
Nunc ego funeream cogor inire ſcrobem.

XXIV.

Dum loquor hæc, & poſt abrupti fragmina montis
Et per declives triſtis oberro vias,
Neſcio quæ mulier paſſis ſtrepitoſa capillis
per vicina gradu rura fluente, venit?
Mater an eſt domini, tot ſingultantibus ad me
Flatibus affectans tot lacrymisque viam.

XXV.

Infelix genitrix ô deſes & aſpera mater,
Cur adeo natum deſpicis ipſa tuum?
Siccine cuſtodis theſaurum, nobile ſummus
Depoſitumque tibi quod dedit ipſe Deus?
Quæro ſed invenio nunquam mea gaudia, natum
Totaque conſpexit nec Galilæa tuum.

XXVI.

Heu durus fati tenor! immemorabile damnum,
Hæc tua non ætas primula quid patitur?
Forſan captivum te deduxere latrones
Ultima dictantes fata necemque tibi:
Aut forſan cubica ſub carcere fronte ſophiſtæ
Te jugulant animæ portio tota meæ.

XXVII.

XXVII.

Mater.

Invida quam triſtes generat Rhamnuſia caſus
Cuncta trahens factis ante retroque ſuis?
Quid memorant de te paſtores? ſiccine fili
Degener ô matrem deſpicis ipſe tuam:
Neſcis officium nati matriſque, nec illud
Scis, quod ſis fidei creditus ipſe meæ?

XXIIX.

Heu! heu! quam fatis crudelibus oppetor ipſa
Quam mihi lux oritur triſtis atroxque dies?
Aſpice quam guttis humecto grandibus ora
In lacrymaſque fluo ſtanſque ſedenſque novas?
Quid ſim, quid fuerim prope neſcio, præq; ſupremo
Facta fui luctu præque dolore lapis.

XXIX.

Quam mea Vita gravi torques me vulnere, quando
Tam cito de noſtra diffluis ipſe manu?
Omnia fregiſti fugiens mea gaudia, Vitæ
O deſiderium grande patenſque meum!
Expers ipſa mei ſum treſſis homuncio, luctu
Præque repentino rumpor & intereo.

XXX.

Sicut ſub vepribus noctes ſpiniſque dieſque
Anxius amiſſam quærit Alexis ovem:
Sic & continuis te quæro paſſibus, infra
Nec te, nec video te, mea Vita; ſupra.
Heu quam dura nimis gravis & fortuna novercans
Impoſuit ſcapulis aſpera fata meis!

XXXI.

Atlas ubi cœlum, ſaxum ſi deſerit inquis
Siſyphe, tunc ego non te ſine mater ero:

Siſy-

Sisyphe nunc saxum cito desere, desere cœlum
Qui portas humeris ac regis astra tuis:
Oblitus, mea Vita, mei me deserit, & sic
Filius esse meus desinit ulterius.

XXXII.

Huc & sub ventis agitor discordibus illuc
Sicut in æquoreo naufraga cymba freto:
Jam sulcata fuit facies mea turbida rugis
Facta brevique fui tempore tristis anus.
Innumerata die duco suspiria, tota
Nocteque præ somno præque quiete, fleo.

XXXIII.

Crassa replent orbem deleto nubila cœlo
Et multis Hyades imbribus arva replent:
Sidera nulla micant, Lunæ nec cornua, nocte
Et tegitur picea nube dieque polus.
Sunt irata nimis, me versus & omnia pugnant
Nubila, Sol, Hyades, Sidera, Luna, polus.

XXXIV.

Hic ego sto patula sedeoque sub arbore quondam
Quæ fuerat Clario quercus amata Deo:
Fulmina prætereunt tempestatesque super me,
Et nil quam pluvias haurio præter aquas:
Si te duxisset, mea Lux, nota normaque recti,
Hoc non deciduo macerer impluvio.

XXXV.

Hic eo perpetuis nato spoliata querelis
Et mea continuis imbribus ora rigo.
Stentore forte minor non sum clamoreque tota
Flebiliterque voco te, mea Vita, die.
Ipse tamen verbi nostris nil quæstubus addis,
Surdior & scopulis factus es æquoreis.

XXXVI.

XXXVI.

Echo grata meæ ſoror officioſaque vocis
Hic quæ ſub corylis arboribusque lates:
Tu noſtras repetis truncata voce querelas,
Tu reddis querulo quod loquor ore mihi.
Ipſa mihi dum cuncta ſilent per diſſita rura
Multiplicas quæſtus per ſyluasque meos.

XXXVII.

Sol qui luce tua ceu Lynceus omnia cernis,
Qui quod Maurus agat ſerus Iberque vides,
Tu ſcis an Siculis in montibus, an meus ignis
Aſpera per Lybiæ jugera carpat iter?
Ah felix præ me nimis es, tu conſpicis illum
Aſpera quem me non fata videre volunt.

XXXIIX.

Quam fuit infelix hæc conſtellatio cœli
Tunc ego cum patris filia nata fui?
Flebile Saturni mihi quot jam triſteque ſidus
Influxu generat turbida fata ſuo
Aſtrorumque nocens conjunctio? Sidera multum
Celſa poteſtatis conſtat habere ſatis.

XXXIX.

Cynthia falcatis non fulget cornibus, & vos
Inſomnes noctis ſidera celſa faces,
Cur non excubias agitis, nunc quando ſub atra
Hic per ſpinoſas ambulo nocte vias?
Præter ſpem veluti deletur ab igne pyrauſta:
Sic parat hæc tumulum nox tenebroſa meum.

XL.

Erro per inviſos loca per montanaque valles
Errat ut in dubia territa dama via.
Neſcio quo vadam, numen nullumque viale
Conſpicio tritum quod mihi monſtret iter:

Omni-

Omnibus hic tandem lassata quiesco medullis
Muscosoque supra jam recubo lapide.

XLI.

Cur tam Leucothoe lux acceptissima sero
E gremio Domini surgit abitque sui?
Stant hac nocte suo non errant sidera cursu
Longior & toto mense fit hora mihi.
Dele tam longam pater & rex phosphore noctem
Qui saliens in equo mane redis roseo.

XLII.

Non procul hic video multis ornatibus arcem,
Suspicor Augusti Cæsaris esse domum.
Vel sunt Pontificis constructa theatra, supremi
Vel qui defendit jura forumque viri:
Fallor? an Herodis sunt illa palatia, grande
Qui fuit & posthæc dedecus orbis erit.

XLIII.

Illius heu! quam me mordent crudelia facta
De quibus alga velut dum loquor ipsa tremo.
Quando tot infantes non ulla labe notatos
Una mortifero sustulit ense die.
Cuncta videns nunquam tam sævum lampas Olympi
Et tam degenerem vidit in orbe virum.

XLIV.

Sicut maturas expectat arator aristas
Sic te maternus quærit & optat amor.
Tunc ubi vitales genui te lucis in auras
In fibris amor hic omnibus incaluit.
Post puto cuncta tuum rursus ubi videro vultum,
Sudat in hoc omnis noster abitque labor.

XLV.

XLV.

Matris amor quæ non adverſa pericula ſentit
 Quæ mala non patitur duraque matris amor?
Ultra Sauromatas te quæſiviſſe laborat,
 Ultra vel Nili cornua, matris amor.
Affectus gravis eſt res elinguisque nec ulla
 Laude ſat exprimitur voceque, matris amor.

XLVI.

Quando meũ propero pede gemmiferum Diadem
 Hinc abiit, facies non mea ſicca fuit.
Non abiit fullo levis aut veſpillo, ſed hic qui
 Nocte regit Lunæ Solis iterque die.
Nemo tibi ſimilem conſpexit in orbe, nec unquam
 Ulla parem mater fert tibi, nulla tulit.

XLVII.

Non mea ſunt duplici felicia Gargara meſſe,
 Nec Tarteſſiaci rubra fluenta Tagi:
Aurea nec mea ſunt Perſarum regna, paratu
 Quo nihil heſperius pulchrius orbis habet:
Sed mea ſunt ſite, mea Lux, invenero, quo ſunt
 Gargara, cum toto Perſica regna Tago.

XLIIX.

Hic eo Pæſtanum lacrymis oppleta per hortum,
 Splendidius quo nil hortus Adonis habet.
Hic violæ molles, & mille coloribus Iris
 Hic roſa Sydonia pulchrior alba nive:
Hic tulipæ rident & lilia cana, meus ſed
 Inter tot flores non Hyacinthus adeſt.

XLIX.

Nocte ſedens alta montis ſub vertice, vaſti
 Multa quidem video ſidera pulchra poli:
Pulchra renaſcentis Lunæ ſunt cornua, gemmæ
 Inſtar & argenti pulchra Venusque nitet:

Pulchra

Pulchra revertentis sunt astra Bootis : at ipse
Pulchrior es cunctis, Lux mea, sideribus.

L.

Sol qui luce tua, ceu Lynceus, omnia cernis,
Qui quod Maurus agit ferus Iberque vides,
Tu scis an Siculis in montibus, an meus Ignis
Aspera per Lybiæ jugera carpat iter ?
Ah felix præ me nimis es ! tu conspicis illum
Turbida quem me non fata videre volunt.

LI.

A Zephyro multum jam verberor indignante,
Huc illucque velut canna palustris agor.
Sum velut æquoreis sine remige puppis in undis
Sicut & in mediis fracta phaselus aquis :
Navita cœlestis nostræ ductorque carinæ
Quem metuunt affer ventus & æquor opem.

LII.

Flecte viam, mea Lux, nec latro nec hosticus ensis
Nec tygris sequitur post tua terga ferox.
Non Getulus aper, lupus aut crudelior hostis
Insidiasque tibi nulla Leæna struit.
Sed tua jam mater, quæ faustis nixibus olim
Edidit in lucem te, mea Lux, sequitur.

LIII.

JESULE siste gradus, ad meque revertere, quod si
Feceris hoc, tibi tam basia multa dabo,
Asia quot gemmas, Arabum quot terra smaragdos,
Et quot habet duplex India margarides.
Solis iter quot habet per longa volumina gressus,
Quot millena tenent millia lustra dies.

LIV.

JESULE nunc ad me si veneris auree fili,
Ipsa tibi centum mitia poma dabo ;

Castaneas plures, & mora, nucesque coluras
Coctaque de nostro fercula grata cado.
Sed caryota tamen, ficus, dulcesque liquores
Lactis amygdalini, Lux mea, non habeo.

LV.

Vt cito longinquis errans meus Ignis in oris
Nunc ad me reduces afferat inde pedes:
Deprime ventorum cæli rex murmura, natum
Ne gravis invadat ventus & aura meum.
Tuque virescentes qui torres ignibus agros,
Phœbe viatorem mitius ure meum.

LVI.

Sed ventis scopulisque cano: noctes mea per tres
Facta fuit facies imbrida perque dies:
Vt bos lassus eo, noviter qui traxit aratrum,
Cor gemit, osque sonos vix loquitur tremulos.
Membra tremunt, toto vires in corpore languent,
Flos ut hyperboreis qui perit in nivibus.

LVII.

Una nocte velut sævo cum frigore Caurus
Lædit hyperborea culta roseta nive:
Intereunt violæ, croceum moriturque papaver
Amissasque dolent vitis & arbor opes,
Icida morsa jacent, & amantia lilia: sic me
Unica nox canam fecit, & una senem.

LIIX.

3. Pastor.

Quam me vulgaris decepit opinio, fallax
Quam me fama suis lusit imaginibus?
Non vilis, mea Lux, es circumcellio, magnos
Sed proceres inter Pontificesque sedes:
Absque Dei nil fit præscitu: quod Deus omne
Suscipit eventu fervet abire bono.

LIX

LIX.

Exue spinosas Genitrix è pectore curas
Ocyus & mœsta dilue fronte plicas:
Filius inventus tuus est, & verba Sophistis
Explicat in sacris enthea porticibus,
Vicit is altiloquo nostros sermone Magistros
Ingentique graves cognitione viros.

LX.

Unctos confundit tua docta loquentia Patres
Et quot habet celebres urbs Solymæa viros.
Eloquio tibi non, mea Lux, excelsa Cleanthis
Par est, nec Samii lingua diserta Senis.
Per caput hoc juro, per & omnia sacra, Supremum
Subque tuo tacitum pectore numen habes.

LXI.

Mater.

Despicit haud lacrymas, & verba precantia, nec me
Duriter oppressam deserit ipse Deus.
Nunc ego mature rapidisque volatibus ibo,
Hac ut conspiciam te, mea Vita, diem.
Tam se multiplicant mea gaudia, cogar ut ipsam
Ilico, nec possum plura, tacere, loqui.

E C H O

De P. Matris planctu, dolorosè quærentis filium amissum.

Dic mihi vicinis habitans sub rupibus Echo,
Cur ita flebiliter fœmina clamat? amat.
Dic ubi sit, mea Lux, roseus quam vesper & ortus
Nec niveum facie lac superabit? abit.
Vivere desiero, si non, quod luce sequenti
Spero, redux ad me venerit ille, silem.

Tuque peregrinas iter an ſuſcepit ad urbes
Pulchra, vel in patriam, dic mihi Nais? ais.
Paſſibus inde vias properantibus ibo per omnes,
Hoc mea quæſitum gaudia manè, mane.
Scis igitur, mea Lux ubi ſit lateatque? beatus,
Si ſacra quis templi limina quærit, erit.
Denique dum lacrymis hoc quæro fluentibus,
Echo,
In templo mea num Vita ſit? inquit; ita.



DE

De
INFANTIA CHRISTI
Liber Quartus
continens
Trium Pastorum
I D Y L L I A
de
Forma & Facie
Pueri Jesu.



PRIMI PASTORIS

IDYLLIA.

ad

PUERUM JESUM.

Llioli ſplendor roſa delectabilis Orbis,
  Cujus odor dempto fine colorque manet.
Te viſum niveos venio poſt quinque Decembres,
  Quando tuum fuerat menſa cubile bovis:
Electasqve fero ſupplex tibi quinque capellas,
  Et pingvem mea fert quem Galatea caprum.
A me, deque tuo cantata Poemata vultu
  Haud oculo, mea Lux, prætereunte lege.

IDYL-

IDYLLION

I.

Unus ait ſenſus Sol eſt, tua lumina ſed me,
Cur video Soles aſpiciente duos?

II.

Aſtra tuis deles oculis, oculuſque ſerenam
Conficit hic noctem, nuntiat ille diem.

III.

Talis ineſt in te conſpectus amabilis, ut cum
Incidit in Geticam coccina lana nivem.
Ut ver cum niveis revireſcens floribus, Iris
Ut cum purpurea luce colorat humum.
Sed Tibi nil riſus par eſt dulcedine, meque
Alloquitur facies, ore tacente, tua.

IV.

Corrallio tua labra nitent tua mala pyropo,
Et tua per bifidus lumina gliſcit onyx.
Jaſpidis in facie color eſt in fronte ſmaragdi,
Si tua non facies tota ſmaragdus erit.

V.

In Imaginem P. Jeſu.

Non ſatis in chartis ſpectatur Roma, Deique
Nec ſatis in ſtatuis forma, nec in tabulis.

VI.

Flammea frons, facies Veſtali purior igne
Quàm vis eſt oculis indita magna tuis?
Vivit, qui flammis oculiſque caleſcit ab illis,
His qui non oculis uritur, hic moritur.

VII.

Luna genas, oculos oculus præſentat Olympi,
Et tua mala recens labraque pura Venus.
Sidera crediderim compromiſiſſe, decorem
Perque ſuum vultum diſtribuiſſe tuum,

IIX.

Sol ſtat, biſque ſuo ſervat ſtata tempora curſu
Ter ſine luce quater luna ſepulta jacet:
Stans admiratur, bis Sol, tua lumina, ſitque
Ter quater è vultu vivida Luna tuo.

IX.

Hac mea de facie ſunt omnia ſomnia, ſomnum
Omnia, ſeu video, gaudia, ſeu vigilo.

X.

Aſtra ſuo nunquam ſpoliantur lumine, tantum
Sol timet eclipſes plenaque luna ſuas
Si tamen à nobis flectis tua lumina, nec Sol
Luna nec eclipſin plena, ſed orbis habet.

XI.

Vel te Luna fuit naſcente bicornis in ortu,
Quæ faciem tanto pinxit amore tuam:
Vel tibi virgo dedit talem Naſareia formam,
Vel tuus, anterior qui fuit orbe, pater.
Omnia concurrunt polus indeſcriptilis in te,
Matris frons, facies, Patris & effigies.

XII.

In Imag. P. Jeſu.

Si rudis erraſſet non hac in Imagine pictor,
Non foret in toto pulchrior orbe puer.

XIII.

Hic Libani florent viridaria dulcia montis,
Hic virides horti ſunt Galilæa tui:
Hic niveis fulgent laquearia picta liguſtris
Atque Paleſtinis Amphitheatra roſis.
Hiſce peregrinis Sol floribus oſcula mecum
Multa die, tota Sidera nocte ferunt.

XIV.

XIV.

Lucidus à te si Sol deleretur in orbe,
Quicquid & agnatæ sidera lucis habent:
Nocte quis amissæ repararet cornua lunæ
Et nova proscriptis sidera sideribus?
Quis sine Sole dies faceret noctesque serenas?
Hoc scintilla tui luminis una potest.

XV.

Quales diffundit radians aurora colores,
Quales in vitream purpura spargit aquam.
Qualia lilia sunt niveique coagula lactis,
Inque Damascenis flos amaranthus agris,
Qualis in hibernis effulget montibus algor,
Talis es, & multo pulchrior ore magis.

XVI.

Innumerabiliter Sol, nix, ignisque colore
Omnia transcendunt corpora, quod tamen est
Hic in Sole nitor, color in nive, candor in igne
Unigenæ facies delet id omne Dei.

XVII.

Arva repubescunt, tenuisque remurmurat Eurus,
Rursus & æstivum cantat Aedon epos.
Floribus omne nemus se multicoloribus ornat,
Atque colorato cespite pingit humum.
Pallentes violæ croceo cinguntur amictu
E quibus ipsa plicat non sua serta Venus.
Lilia Riphæa rident albedine, plusque
Quam quod aromaticum stacten odoris habent:
Picta virescenti florent dulcedine prata,
Lac geniale suis germinibusque ferunt.
Et rosa de Paphio quondam signata cruore
Pandit amatrices ore rubente comas.

IIX.

Sol stat, bisque suo servat stata tempora cursu
Ter sine luce quater luna sepulta jacet:
Stans admiratur, bis Sol, tua lumina, fitque
Ter quater è vultu vivida Luna tuo.

IX.

Hac mea de facie sunt omnia somnia, somnum
Omnia, seu video, gaudia, seu vigilo.

X.

Astra suo nunquam spoliantur lumine, tantum
Sol timet eclipses plenaque luna suas
Si tamen à nobis flectis tua lumina, nec Sol
Luna nec eclipsin plena, sed orbis habet.

XI.

Vel te Luna fuit nascente bicornis in ortu,
Quæ faciem tanto pinxit amore tuam:
Vel tibi virgo dedit talem Nasareia formam,
Vel tuus, anterior qui fuit orbe, pater.
Omnia concurrunt polus indescriptilis in te,
Matris frons, facies, Patris & effigies.

XII.

In Imag. P. Jesu.

Si rudis errasset non hac in Imagine pictor,
Non foret in toto pulchrior orbe puer.

XIII.

Hic Libani florent viridaria dulcia montis,
Hic virides horti sunt Galilæa tui:
Hic niveis fulgent laquearia picta ligustris
Atque Palestinis Amphitheatra rosis.
Hisce peregrinis Sol floribus oscula mecum
Multa die, tota Sidera nocte ferunt.

XIV.

XIV.

Lucidus à te si Sol delcretur in orbe,
Quicquid & agnatæ sidera lucis habent:
Nocte quis amissæ repararet cornua lunæ,
Et nova proscriptis sidera sideribus?
Quis sine Sole dies faceret noctesque serenas?
Hoc scintilla tui luminis una potest.

XV.

Quales diffundit radians aurora colores,
Quales in vitream purpura spargit aquam.
Qualia lilia sunt niveique coagula lactis,
Inque Damascenis flos amaranthus agris,
Qualis in hibernis effulget montibus algor,
Talis es, & multo pulchrior ore magis.

XVI.

Innumerabiliter Sol, nix, ignisque colore
Omnia transcendunt corpora, quod tamen est
Hic in Sole nitor, color in nive, candor in igne
Unigenæ facies delet id omne Dei.

XVII.

Arva repubescunt, tenuisque remurmurat Eurus,
Rursus & æstivum cantat Aedon epos.
Floribus omne nemus se multicoloribus ornat,
Atque colorato cespite pingit humum.
Pallentes violæ croceo cinguntur amictu
E quibus ipsa plicat non sua serta Venus.
Lilia Riphæa rident albedine, plusque
Quam quod aromaticum stacten odoris habent:
Picta virescenti florent dulcedine prata,
Lac geniale suis germinibusque ferunt.
Et rosa de Paphio quondam signata cruore
Pandit amatrices ore rubente comas.

Sed tua carbasei delent Emblemata vultus
Arva, nemus, violas, lilia, prata, rosas.

XIIX.

In Imaginem P. Jesu.

Candida non albent hic amplius astra, colorque
Virgineus, nigra sunt lilia, fuscus olor.

XIX.

Sit licet hæc facies hominis Lare paupere nati
Nil tamen hic homines mille vident hominis.

XX.

Omnia perfectæ sunt in te congrua formæ
Nil maculæ tua frons malaque labis habet.
Ut Pario splendes Cereris de marmore vultus
Candor Apellæis ut nivis in tabulis.
Ut Tyrio fulget facies gypsata smaragdo
Mentoris & docto scalpta Magisterio.
Non vomit hos Adamas, ignis, jaspisque colores,
Sole repercussum nec Veneris speculum.

XXI.

Regis is ornatum magno diademaque censu
Supprimit, aspectu rejicit atque suo.
Obscurat Latium quas vidit & Ida puellas,
Ac in Eleusiniis Græcia tota sacris.
Læta videt quisquis te conspicit omnia, tristem
Totus amaritiem, te sine, mundus habet.

XXII.

Me sine me raptum tua lumina sæpe viderent,
Si mea spectarent lumina te, sine te.

XXIII.

Cuncta peregino sub cortice sacchara vultus
Vincit & aspectus cinnama tota tuus.
Mel est te manibus constringere, lingere, teque
Corde suo cœlum condere perpetuum.

XXIV.

XXIV.

Displicet ad populos volitare per æquora nigros
Et tot ibi gemmas quærere lucifluas:
Æquoreis etenim multi moriuntur in undis
Piscibus & fiunt præda, cibusque feris.
Conduplicata domi mihi plus tua lumina fulgent
Quam nova cum gemmis India tota suis.

XXV.

Blanda sub instructis sunt poma Cydonia mensis,
Junctaque cum primis aurea mala rosis
Blandaque sunt aliis pomaria, blanda Lyei
Pocula, blandus amor, mel, charitumque lepor
Plus tamen illa mihi solet abblandirier, omnes
Qui Charites vendit blanditiasque serit.

XXVI.

Purum si tacita sub nocte perambulo cœlum
Totum quot decorant astra facesque polum?
Hic oritur Cepheus, illic nimbosus Orion,
Hic Perseus radios spargit inocciduos.
Gnosiacæ fulgent illic emblemata stellæ,
Immensumque parant plaustra Bootis iter.
Nulla tamen par est cœli tibi stella, parumper
Præsentant faciem Luna, Venusque tuam.

SECUNDI PASTORIS

IDYLLIA

de

FORMA & FACIE

PUERI JESU.

SECUNDI PASTORIS

IDYLLIA,

Ad

PUERUM JESUM.

ACcipe dulcis Amor, mundi nova Gloria, nostrum
Quod de primitiis mittit ovile tibi.
Non auri modios, sed quæ de paupere censu
Munera sunt, recipis, magnaque restituis,
Proque levi nummo reddis Sestertia: toto
Cum grege qui tibi se destinat, ille sapit.
Cum Ganymede nigrum nectar bibo, si quoque nostris
Te delectari videro Carminibus.

IDYL-

IDYLLION

I.

In Imaginem P. Jesu.

ILla decus facies Encausti provocat, & quot
Producit Paphias punica terra rosas.
Conchas æquoreas, ebur insuperabile, multum
Sæpeque virginea Carbasa lota manu.
Hanc qui non faciem perit, & ferventius ardet
Non homo sed pecus aut truncus obuncus erit.

II.

Hic lævor nihil est speculi, color astricus, & quæ
Assyrio facies smegmate lota fuit.

III.

Hoc de candescunt redolentia lilia vultu
Hoc de purpureus nascitur ore color.
Veris ab hac facie color effluit omnis, ab illa
Sidera quicquid habent fronte coloris habent.

IV.

Quid multis Helenæ commendat Græcia formam
Quam Charis unguento lauerat ipsa suo?
Quid te Penelope, qua non in vallibus Idæ
Nec fuit in regno pulchior Assyrio?
Quidque trecenteno recitant propetesmate laud
Seu Suavilda tuas, seu Cleopatra tuas?
Quid te Semiramis, niveo te Panthea vultu
Quam Venus è succo coxerat ambrosio?
Te quoque liliolis Aspasia matutinis
Suavior & vitreis Hippodamia vadis?
Imperfecta nimis sunt hæc præconia, plures
Illicii species continet hæc facies.

V.

Nil est cum tua quo possit certare venustas
Infra censuram sunt mea verba tuam:

No

Non tibi par Lybicum, non poma rubentia, mar- (mor
Non glacies Boreæ conglomerata gelu.
O princeps facies! nunquam te purior unda
Ex Arpinatis ulla refluxit aquis.

VI.

Non te Tyndarides, nec te soror aurea Phœbi
Discolor atque sua luce pudoricolor
Non te pura Venus, Lædeaque stella colore
Vincit & Eoi fax generosa poli:
Non tibi chrysolitus, Iris, jaspisque decore
Nec par stricturis Sol adamasque suis:
Transcendens facies! quam forma divite gemmis
Omnibus & stellis altius ire soles.

VII.

Hunc ad se solem facies mea dirigit, ut flos
In corcyræis solstitialis agris.

IIX.

Dulcis Amyclæis facies formosior agnis,
Frønsque Teraphæis purior alma rosis:
Si corrallina si tua membra nivalia specto
Cinnameas genas sidereasque faces:
Oppasco magis, velut is qui Gorgone viso
In silices fuerat versus & in salices.

IX.

Posuit hic divina suam clementia sedem,
Hic tenet imperium gratia sola novum:
Hic florent Charites, hic totus ridet Olympus
Quicquid & hyblæis crescit in Elysiis.
Hac qui non dulci capitur melligine, circum
Hic pecudis multum fert, hominisque parum.

X.

Magna quidē charitum fuit olim gratia, nunquam
Illa tamen charitum gratia visa fuit.

Gra-

Gratia te penes est omnis gratissima, mundi
Te præterque mihi gratia nulla placet.

XI.

Summus amor, bicolorq; decor, suprema venustas,
Hac si de facie rejiciatur, adest.

XII.

Quis color è vultu fulgorque reverberat illo
Numinis an color hic splendor an est hominis?
Non ita Sol Scythicis quoties se lavit in undis
Vultus ut hic niveum spargit ab ore jubar.
Illectris hæc quem facies non attrahit, infra
Hic homines, supra nil pecudesque sapit.

XIII.

Est tua parve puer facies mihi parvus Olympus,
In quo sunt oculi sidera bina tui,
In quo frons niveo rediit tua Solis amictu
Splendet & ex oculis Luna, Venusque tuis.
Si perit inque Chaos ubi rursus abibit Olympus,
Hæc mihi frons cœlum sit faciesque novum.

XIV.

In speculo nisi me video nil, patris & extra
Ingeniti speculum, nil nisi te speculum.

XV.

Sunt in honoratis qui quærunt omnia stellis,
Perq; vident speculum cuncta Mathematicum:
Ipse mihi globus es, Gygis alter & annulus, in quo
Cuncta patent oculis conspicienda meis.

XVI.

In Imag. P. Jesu.

Hic manus artificis fuit imperfecta, decenter
Nec bene scit ratio pingere, teque manus.

XVII.

Omnis in hunc dulcem divorum gratia vultum
Fluxit & ætherei gratia si qua poli:
Talem non mundus faciem viditque videtque
Nec quoque lustrabit qui videt omne Deus.

XIIX.

Sol est & tua pura dies præsentia, nec plus
Sidera plus totus lucis Olympus habet.
Sed tua spissa mihi nox est absentia: noctes
Hic quoque Sol abiens fert rediensque dies.

XIX.

In Imag. P. Jesu.

Marmor olorinum, modo carptaque lilia, duro
Et coäcervatas frigore cerne nives:
Barronum dentes, corrallina Lydia, Cypris
Quasque suo pinxit sangvine cerne rosas.
Illa tuam faciem præsentant omnia, nasci
Noluit hoc pollens absque colore Deus.

XX.

Flammas ex oculis, incendia multaque mittis
Eque Palestinis spicula multa casis:
Non tamen hæc urbis sunt panica fulmina nigræ,
Nec sunt armigeri tela facesque Dei:
Thessalicis tua sed facies aspersa pruinis
Pictaque tortilibus mala genæque rosis:
Splendor olorinæ duplicataque sidera frontis,
Nectareumque tuo mel quod in ore geris.
Hæc arcana tuæ mea sunt incendia frontis,
Hæc nova sunt animæ tela facesque meæ:
Frons inflammatrix! ut cera resolvitur igne
Sic caleo flammis atque liquesco tuis.

XXI.

XXI.

Lac albore præis primum, Paphiasque columbas
Vincis & intactas ore colore nives:
Agmina te charitum decorant sexcenta, tuaque
Quot polus involvit gaudia fronte tegis,
Sarda lucidior puer ignifluoque pyropo,
Purior ore puer, pulchrior orbe puer.

XXII.

Non ita nardorum redolentia germina rident,
Non ita versicolor Flora, nemusque virent:
Non ita Bajano sub cespite lilia candent,
Non ita sparsa novo murice poma rubent.
Narcissis minor est color & minor est Amaranthis
Pæstanis minor est forma colorque rosis

XXIII.

In Imaginem P. Jesu.

Sit licet è vili facies hæc condita saxo
Sit licet humana frons ea picta manu:
Mira patrant tamen hæc spectacula: flectit & ad se
Frons homines, facies saxea saxa trahit.

XXIV.

Omnia non video sed plurima sidera, si qua
Infra nos latitant sidera, non video:
Sed tua dum video formosæ lumina frontis,
Omnia sunt oculis sidera visa meis.

XXV.

Corniger Ammon erat, canis Anubis ore, colebat
Sæpius informes turba Lacæna Deos.
Distorta facie quam sunt ea numina! Christi
Plaustra voluptatis plurima vultus habet.

XXVI.

Picta tuum rident per vultum lilia, mala
Et tua purpureis sunt ob amicta rosis.

Non

Non tibi par Solis non lux est illa bicornis
Porgit ibi faciem Luna serena novam.
Non tres mille tibi Charites famulantur, amoris
Atque chorus quicquid grexque leporis habet.
Prisca sepulta jacent orbis miracula septem,
Hæc tamen in vultu sunt rediviva tuo.

XXVII.

Pingit si puer hic ad me sua lumina flectit
Flora Damascenis omnia rura rosis.
Se tamen avertens, me Bruma decembribus horis
Obsessum nivibus frigoribusque tenet.

XXIIX.

Gemmea frons puris faciesque nitentior astris
Quæ plus quam Veneris sidus amoris habet:
Obstupeo tua si crystallina lumina cerno
In durumque meo corpore marmor eo.
Sunt apinæ, priscos aspectu Gorgonis ore
Artubus & membris diriguisse suis:
Enthea frons Lybico faciesque polita smaragdo
Hæc est de vultu fabula ficta tuo.

XXIX.

Ut duo divisim si grana papaveris irent
In tria dissectas millia particulas:
Vah! quantilla forent ex his corpuscula, mente
Saltem, non oculis percipienda meis:
Tantula sunt coram mea te præconia: sartis
Num par hisce potest laudibus esse Deus?

TER.

TERTII PASTORIS

IDYLLIA

de

FORMA & FACIE

PUERI JESU.

TERTII PASTORIS

IDYLLIA.

Ad

PUERUM JESUM.

TEr venerande Puer, geminatæ claviger aulæ
Quo potior nemo visus in orbe fuit :
Nunc ubi bis senos ninxit fera Bruma per annos
Tam misere pecudes post ubi natus eras :
Ipse saginatos bis sex sine cornibus hædos
Et tot oves nostro de grege mitte tibi :
Fastidita tibi quod si non carmina sunt hæc,
Lucem de Facie sunt habitura tuâ.

IDYL.

IDYLLION

I.

In Imaginem P. Jesu.

ILle tibi si non placet hac sub imagine Divus,
Forte bovis cerebrum quadrupedantis habes.

II.

Ad Pictorem.

Arte laboratos quot habes absconde colores,
Qui faciem Domini pingis & ora mei:
Astra duo potius radiantia pinge, rosasque
Coctas è Tyrio murice, pinge nives.

III.

Frons hyacinthina frons, facies amethistina, quæ plus
Quam jaspis lucis quamque smaragdus habet:
Nil verbi video libros nec jota per omnes,
Quod possit consors laudibus esse tuis.
Infra rem facio de te si plurima dico,
Nam sunt, quæ mihi sunt maxima, parva tibi.
Littus habet nullum tua laus, quam plurima de te
Dicere, nil res est quam prius incipere.

IV.

Hic Helenæ sordet facies dulcesque lepores
Quos Veneris vultus quos & Adonis habet:
Hic cœli Charites habitant, hic totus Olympus
Elysiumque nemus, Pieridumque decus.
Hic violæ vernant calthæque decembribus horis,
Sicut in hesperiis lilia prima jugis.
Torquatos superat divos tua forma virosque
Et tua sexcentas gratia sola Deas.
Non aurora suo te vincit & Iris amictu,
Mille nec Arctoi signa facesque poli.

Omnia transcendis, non sunt tua labra, genæque,
Lumina, sunt oculis numina magna meis.
Rupes hæc facies Rhodopeia saxaque mollit,
Sævitiamque premit torva Leæna tuam.
Hæc Lemures facies, Acherontia regnaque flectit,
Quicquid & in duro Sarmata corde coquit:
Mitigat hæc facies Suecorum spicula, frenat
Instructas acies Cæsaris hæc facies.
In collum volo Christe tuum, mihi pauca labellis
Oscula, Nectaris est amphora, ferre tibi.

V.

Magna coæterni quid sit Sapientia Patris
Cœlestisque decor quid sit & orbis amor
Quæ facies astris sit clarior omnibus? illo
Largiter in vultu monstrat id omne Deus.

VI.

Ut cum spectat avis versus Junonia Solem,
Antea non visum percipit inde decus:
Ut cum cernis ebur roseo cum sangvine sparsum
Septaque cum primis lilia verna rosis,
Talis es: Oceanus virtutis amabile flumen,
Lumen & ex oculis nascitur omne tuis.

VII.

Abluit hæc cygnos facies, vincitque pruinas
Quasque pluit Boreas & nova Bruma nives.
Hic albor, color hic, vis est magnetica, firmo
Glutine quæ jungit me tibi, teque mihi.
Indicus ut flammas in se carbunculus, ignes
Sic tuus æterni vultus amoris habet.

IIX.

In nova cur abeunt tua lumina numina, tantum
Unicus hoc vasto cum sit in orbe Deus?

IX.

Absimilis corno non es, stillantibus atque
Sub matutino lumine, rore rosis
Stantem te Charites, Charites comitantur euntem
Atque chorus quicquid totus amoris habet.
Me tua si rides compellis ad oscula, fitque
Mens mea blanditiis ebria tota tuis.

X.

Christe Deo similis consorsque propagine, qui plus
Quam cœli quot sunt astra decoris habes.
Non hominem tantum quoties te specto, sed ipsum
His oculis prenso conspicioque Deum.
Prisca videre Deum lex non admittit, at illa
Lex hodie priscis dormit in attegiis.

XI.

A te, tam lætus saliensque revertor, & ad te,
Ut solet ad Choreas ire Napæa suas:
Talis enim decor & fluit à te gratia, vastus
Ut ruit eruptas pontus in aggeribus.

XII.

Dulcis Idaspæis par est tua forma berillis
Nil & Erythræis cedit Iaspidibus.
Sed tua perfectum si te formaverit ætas,
Non erit in Scythico par tibi gemma solo.

XIII.

Vestales superat, mea Lux, candore columbas,
Quas & onyx flammas, quas hyacinthus habet.
Quicquid apricato pulcri veneratur in orbe,
Largiter in faciem fluxit id omne tuam.

XIV.

Sicut in Arcteo concurunt flumina ponto,
Sic in te quicquid mundus amoris habet.

XV.

XV.

In mea te quoties roto lumina, ſpiritus à me
Illectusque tuo ſenſus amore fugit.
Nectaris epoto centum carcheſia, mille
Cymbia, ſi faciem videro ſæpe tuam.
Te viſum toties eo lætus, ut inter ephebos
Cæleſtes oriar rurſus, ubi moriar.

XVI.

Purior es gemma, mea lux, Garamantide, dulci
Ore tuo cælum pingis & empyrium.
Non te lac niveum ſuperat Cameſinaque lanæ
Vellera, non Tyrio purpura cocta cado.
Attrahit illecebras quisquis te conſpicit, & qui
Te manibus ſtringit, diffluit illecebris.

XVII.

Quis novus intravit me deſuper impetus, & quæ
Flamma coquit cordis clauſtra ſinusque mei?
Uror ut Idæis ignes in montibus, uror
Sicut in exſuccis Æthna cacuminibus.
Jam mea dicendi vis eſt proſcripta, tacere
Hic ſatis eſt, nihil eſt plurima velle loqui.

XVIII.

Sunt melimela mihi tua baſia, bacca Venafri
Balſama, thura, merum, cinnama, melq;, crocum.
Quis dedit has caſias & aromata Perſica, tales
Oris delitias divitiasque tibi?
Num tibi materno venit hoc ex traduce? talis
An venit è cœlo ſuccus? utrumq; reor.

XIX.

Major is eſt tua qui dictata fideliter haurit,
Quique videt vultus aſtra facesque tui.
Sed qui continuis te nectit amoribus, ille
Non minor at longe ſe quoque major erit.

XX.

In Imag: Ejusd.

Celsior est omni tua frons faciesque colore,
Hic nil quod pictor pingere possit, habet.

XXI.

Hoc mea sidereo de plurima dicere vultu,
Ardet inexpletis lingua cupidinibus.
Fraxinus ut teretes vincit Mareotica juncos
Ut querceta suos & coryleta rubos.
Omnia sic facies tua divinissima vincit,
Altius & nostrum non it in eloquium.

XXII.

Te licet occasus nunquam nec terminet ortus
Solis, nec loca quot regnaque mundus habet.
Te tamen internis abscondit amantius ulnis,
Includitque suo, mens mea, scriniolo.

XXIII.

Quot ver purpureum virides inspicat aristas,
Quot sunt Myrtoi vela ratesque freti:
Quot Libanus flores, frondesque quot Apenninus,
Quot pascit pecudes Ida, Pelorus oves.
Cinnama quot vendit, quot amygdala, sacchara,
Condit in hesperiis Indus opesque jugis: (tostus
Quot tenues atomi, paleæque vagantur in orbe:
Tot, mea lux, in se semina laudis habet.

XXIV.

Astra minora quidem supereminet æthereus Sol,
Et vincit croceum Cynthia Luciferum.
Sed te nil superat: salientes utque nitelæ
Apparent oculis sidera magna tuis.

XXV.

Sed quid ago? pedibus metitur is astra minutis,
Et fessis scopulos arvaque sulcat equis:

Qui

Qui cupit hunc verbis laudare decentibus omnem,
Qui supra numerum semina laudis habet.
Verba recensenti desunt mihi congrua, deflet
Hic paupertatem nostra Thalia suam.



EPIGRAMMATUM
LIBER QUINTUS.
DE
VIRILI ÆTATE JESU
CHRISTI.
SUB PROSOPOPOEIA
Trium Paſtorum Beth-
lehemiticorum.

PRI-

PRIMI PASTORIS
E. de
MIRACULIS ET FACTIS JESU CHRISTI.

I.

Non ſcelerata trucum deliramenta Cyclopum,
Infelix ſtolidi nec Phäetontis iter:
Non Pyrrhæ lapides, orbis nec atrocia fata
Facta per effuſas Deucalionis aquas:
Sed te magne canam Regumq; Ducumq; Monar-
Delitium Cæli, noſter & orbis Amor. (cha

II.

Non ſatis eſt ſpectare caſas lacerumque caprile;
In quo ſingultu non ſine natus eras:
Hic ubi nulla fuit, niſi vilia ſcruta, ſupellex,
Et præter pecudes fractaque vaſa nihil.
Vir vacuas comedens ſiliquas, panemq; caninum;
Nunquam tam triſti par tibi ſorte fuit.

III.

Nec ſatis eſt, quod te gladio truculentior hoſtis
Herodes furiâ juſſit agente mori:
Teque quod alatus ſtreperâ ſub nocte miniſter
Sub ditione cito juſſit abire tua:
Non Thetis hos lymphâ, Siculus nõ Mulciber igne,
Nec premit Herodes, quos amat, enſe, Deus.

IV.

Quid tua non laudis facies formoſa meretur,
Qui roſeo ſparſum ſanguine vincit ebur,

Inſtar quæ quondam pellucidulæque ſmaragdi
Fulgebat bifidis (ſicut adhuc) oculis.
Et merito, ſiquidem facie Deus ipſe trecentis
Humanâ debet pulchrior eſſe modis.

V.

Ad tua nunc venio Miracula, maxime rerum
Fons, omniſque caput principiumque boni.
Ante Paleſtinas retro curriſque per oras
Factaque, quæ nemo viderat ante, patras.
Viribus oppreſſis, deſperataque ſalute
In mediis certam mortibus addis opem.

VI.

O ſi grandiloquo Muſæ Libethrides ore
De factis ſtruerent carmina digna tuis!
O ſi Smyrna potens, celebris vel Mantua, præ me
Suſciperent quod jam molior, illud opus:
Sat gravis hæc res eſt: ſed res gravis illa per illum,
Carmine, ſat facilis, quem celebramus, erit.

VII.

Ut ſine te fruſtra ſua macerat arva colonus
Sed Lybica tecum meſſe ſuperbit ager:
Aſtrica ſic quoties orando palatia pulſo,
Accipio tecum, te ſine, cuncta, nihil.

VIII.

Admiranda patras Miracula plurima, quæ nec
Admittit ſenſus nec rationis opus.
Flumina ſi pedibus percurris & æquora, craſſum
Clamat & abſurdum jurat id eſſe Plato.
Saxum ſi penetras, ſi clauſa per oſtia curris,
Hoc negat Euclides, illud Ariſtoteles.

IX.

Percipit in tumulo tua verbaque mortuus audit
Et te de tumulo præcipiente redit:

Sed

Sed tua vivus homo non audit verba salutis,
Et surda, quicquid præcipis, aure bibit.
Aures sic nullas qui possidet accipit aures,
Auribus, ac aures qui gerit, ille caret.

X.

Suscipis humanis majora patratibus, ægris
Sors insperatam ferre salutis opem.
Flumina compescis, vagus in fornacibus ignis
Alget, abit nutu febris amara tuo:
Audet cum celeri claudus contendere cervo,
Fæmineusque tuo sistitur ore fluor.
Ipse lepram deles, morbum proscribis aquosum
Quas dirasque domi sæva podagra coquit.
Sæpe stupent Medici mussantque, sed omnia sanas
Vulnera, sint licet hæc immedicabilia.

XI.

Omnia scis, & vis, potes altius omnia, scire
Hæc tria, velle tibi posseve sunt paria.

XII.

Omnibus hic oculos læsos albugine reddit,
Omnibus hic claudis restituitque pedes:
Omnes hic stygios afflixit atrociter hostes,
Obstruxitque feris irrevocabilibus.
Talia non bimari portenta videntur in Isthmo,
Centimanusque patrat non ea facta Cyclops.

XIII.

In Imaginem Salv: Iesu.

Quid juvat hunc multo propetasmate pingere complementum, qui geniti continet omne Dei.

XIV.

In Imag: Ejusd.

Pictus es hac facie, sed qui virtute præalta
Pingere teque tua cum Deitate cupit:

Errat, ut abnormis faciem si vellet arator
Pingere cum rastro, cumque ligone tuam.

XV.

Non tua penso meis mysteria sensibus, & quo
Plus cupio de te scire, minus] capio.
Nam qui quinque meis me sensibus induit, ille
Multa supra sensus scitque facitque meos.

XVI.

Instar montis aquas deducis in æthere, nutu
Aspera vulturni flabra domasque tuo.
Quis veluti Deus est, cujus mare, ventus & æther
Linguam percipiunt ac elementa colunt?

XVII.

Aspera quos scabies vestit, quos luminis hirquus
Impedit, internus quos operitque tumor;
Pestifer extremis quos urit in artubus ignis
Quosque quatit tota febris amara die,
His Medica succurrit ope. Nasareius heros
Et Medicus, mediis absque tamen Medicis.

XIIX.

Sat numerosa patras, mea lux, miracula satque
Multa potestatis das documenta tuæ:
In vinum convertis aquas, & pane minuto
Multa cibas vacuo millia ventre virûm.
Bis duo sat lacerant tauri mea rura, sed ipse
Vix possum ventres inde cibare duos.

XIX.

Non tua specto meis illota crepundia metris;
Nec fabulata tuæ limina penso casæ:
Sed te sublimi qui natus in æthere, cujus
Gloria sub tosto gramine lecta latet.
Cujus ab humanis longe lex legibus & vis
Altius â nostris viribus ire potest.

Ipse

Ipse regis solo tonitralia tegmina nutu,
Et quot nox rutilas præbet amica faces.
Ipse reducis aquas, & aquas deducis, & omnes
Per sola distribuis per freta fundis opes.
Siccis incedis vitreum per Nerea plantis,
Esse solumque facis quod fuit ante salum.
Ambrosio sanas quos febris quassat olivo
Multaque dissimili corpora læsa lue.
Eripis orcino tristes è fornice mentes
Membraque de leti faucibus ægra trahis:
Ad manesque pios tot gaudia ducis, ut illa
Euclydis stupeant dicere myriades.
Quid de fictilibus blaterat gens prisca Deillis?
Omnes ille Deus delet in orbe Deos.

XX.

Non extra linguam subito tua verba liquescunt,
Singula sed magni ponderis esse solent.
Surdis illa novas aures, nova verbaque mutis,
Absurdisque creat lumina luminibus.
Illa globos ignis delent, vaga flumina sistunt
Et reprimunt sævis ore cruenta feris.
Indecorè facerem, tua si Rosa Punica sæpe
Verbis non vellem facta notare meis.

XXI.

Solus is immensum portat cervicibus orbem
Et totum variis æthera lampadibus.
Solem de croceis lunamque cubilibus effert,
Et tenebris noctes luce diesque replet.
Gramine vestit humum, sed agros viridantibus (herbis
Horrea frugiferâ messeque tota replet.
Emollit Sporadum cautes, & marmora frangit
Tænara, compescit flumina, sistit aquas.

Cunctaque quæ fiunt facit infra cornua Lunæ,
Nilque facit, si non solus id omne facit.

XXII.

Orbis opes, mea Lux custodit amabilis, auri
Quotquot & argenti lumina mundus habet.
Hoc sine quisquis opes acquirit, perdit, & omnes
Quisquis divitias, hoc duce, perdit, habet.

XXIII.

Esse tuum metrico nihil est efferre cothurno
Fluctus Adriaci quàm numerare maris:
Summa gradus omnes superest tua gloria, major
Nec fit dicendo, sitque tacendo minor.

XXIV.

In Imag. Ejusd.

Ante preces hoc qui sacrant Altare, supremo
Exta cremant, adolent pinguia thura Deo.

XXV.

Annifer à te Sol rex atque smaragdina Cæli
Astra, procellosi turba natansque maris.
Terra quot eructat fluvios, lymphasque strepentes,
Tot capit adque bibax se rapit Oceanus:
A te cuncta fluunt cursu refluuntque perenni
Alter & Oceano major es Oceanus.

XXVI.

De Militum Crudelitate ad S. Iesum.

Colchica virus habent Sardoaque gramina lentum,
Fascina ter quino murmure, virus habent.
Thessala virus habent Hecateaque carmina, succus
Ignea, cantharidum, philtraque virus habent:
Spicula virus habent Martis centaurica, cæno
Illita Colchorum pocula, virus habent:

Sibila virus habent dypsarum, morsus Echidnæ
Amphisibænarum vulnera, virus habent:
Immansueta tamen plus diraque pectora, nulla
Quæ pietate calent, Lux mea, virus habent.

EJUSDEM PASTORIS E. de
FACTIS ET SERMONIBUS JESU CHRISTI.

I.

Ad salicum curis turbatus obambulo truncos
Pascens herboso gramine solus oves:
Passibus & video multos ingentibus ire
Ad te qui veræ verba salutis habes.
Cælestes haustus superant tua verba, mel & quî
Dædala florifero sub Jove stipat apis.

II.

Hic quoque lassus eo, te multa per oppida quærens
O via stellati porta patensque poli.
Sed nunc ipse redis montis de vertice, teque
Per tritas sequitur plebs numerosa vias.
Corpora quot veniunt ad te languentia sanas,
Quotquot & ægrotos ante retroque vides.

III.

Hippocrates medica Galenus in arteque princeps
Discipuli fuerunt non, mea vita, tui.

Horum nam constat Medicina potentibus herbis,
Hac si non Medicus nil valet, arte, valet.
Ipse sed herboso nil pulvere, nil & olivo,
Sed verbo sanas omnia, nil oleo.

IV.

Duriter Allobrox tua facta flagellat Idumes,
Verum teque negat turpiter esse Deum.
Cum tamen impertis vigilantia lumina cæcis,
Sæpius abnormes restituisque pedes.
Mortua deque suo deducis corpora busto,
Annon hoc verum te probat esse Deum?
Vel populus recta caret hic ratione, vel omnes
Non habet hæc sensus gens recutita suos.

V.

Hic est qui mundum potis est formare recentem,
In priscumque chaos vertere quicquid adest.
Hic Hyades Lunæque globos, hic plaustra Bootis;
Atque quiete polos irrequiete regit.
Hic nivibus canas æternis conspuit Alpes
Et glacie mundum frigoribusque replet.
Hic pluit, hic reboat, frenatque tonitrua, puro
Rursus & apricum spargit in orbe jubar.
Colles hic oleis, hic vitibus undique montes,
Et variis vestit floribus omne solum.
Hic parat electis æterna reporia, quæ non
Humanis possunt dicier obloquiis.
Tartareisque coquit præfractos ignibus, hoc &:
Magnum te, mea Lux, sufficit esse Deum.

VI.

Hic regit errantes Veneris Lunæque regressus,
Hic Tartessiaci terminat astra poli:
Hic Tyriæ gemmas, virides Arabumq; smaragdos,
Hic aurum Scythici possidet omne Tagi.

Hic

Hic mundi reditus & vectigalia, cæli
Imperiumque, licet despiciatur, habet.

VII.

De Renovatione Pacis ad Eundem.

Aurea jam per te redierunt tempora pacis:
Pax salit in nostris aurea rursus agris.
Aureus è thalamo Sol lætior exit, euntque
Noctis in auratis sidera luminibus.
Aurea centuplicat tellus sua semina, vites
Dulcia fæcundo palmite vina ferunt.
Aurea cuncta facis per te Rex auree, montes
Aurea pro spinis saxaque poma ferunt.

IIX.

O quam jucundâ loqueris dulcedine, quanto
Eloquio post te corda subacta trahis?
Nulla tibi par est facundia prisca, tuoque
Nil nisi divinum nectar ab ore fluit.
Plus est quam Pelopis regnum tua signa videre,
Imitus & verbis incaluisse tuis.

IX.

Omne latus imples factis ingentibus orbis:
Nemo quæ numero fecit in orbe pari:
Tanta tuo siquidem mysteria fundis ab ore,
Nunquam quæ populo nota fuere tuo.
Quo versusque manus extendis, protinus omnis
Morbus ut à Phæbo nix liquefacta perit.
Si per saxa viam ducis salebrasque, salebræ
In violas abeunt, saxa rosasque ferunt.

X.

Despicit hic, alter tua verba recondit: at iste
Haustus nectareos non sitit, ille bibit.

XI.

XI.

Aſſyrio tua vox tua lingua liqueſcit amomo,
Olque Damaſcenum ſpargit aromà tuum.
Sunt tua quæ recitas oracula dogmata, priſcæ
Pluſque valent quã quod delphica verba Scholæ.
Qui, mea vita, tuis non flectitur argumentis,
In duro ſilices corde vepreſque gerit.

XII.

Ningit Acidalios tua vox tua lingua lepores,
Cunctaque de primo ſunt tua verba croco.
Dextera per totum tua depluit aurea mundum
Lumina, deque tuis agmina divitiis.
Nemo tibi par eſt, hominis nec lingua manuſque
Ulla poteſt, tua quod lingua manuſque poteſt.

XIII.

Lingua panomphæo ſtillat tibi nectare, dulcis
Verborumque tuo regnat in ore Venus.
Dentibus ille terit caſias & aromata, qui te
Audit amorifluo ſæpius ore loqui.

XIV.

Sicut amatrices vitis complectitur ulmos
Brachia cumque ſuo termite lenta trahit,
Haud aliter tecum mea mens coaleſcit, ut eſſe
Te ſine me nolim, nil ſine teque velim.

XV.

Te ſine lux tenebræ, ſine te pax prælia, cælum
Tartara, ſpes rabies, te ſine vana fides.
Tecum mel pietas, fel mundus, potus aquai
Nectar, crux riſus, fit mihi morſque jocus.

XVI.

Maſſica ſub prælo ſpumantia vina, merumque
In Peluſiacis quod generatur agris,

Mul-

Multum laudis habent, & mulſum nobile, durus
Quod coquit in Getico Sarmata fertque cado.
Quis non mel Siculum dulcem celebratque liquo-
Sedula quem verno flore recondit apis? (rem
Dentibus impletur mira dulcedine ſæpe
Qui caryota ſuis dulce favumque premit.
Ter bibo, ter comedo, quoties tua verba revolvo
Vina, merum, mulſum, mel, caryota, merum.

XVII.

Lætor ubi rebus conſolaturus in arctis
Ad me ſub voto te rogitante venis,
Sicut ab imbre madens Phæbo redeunte viator,
Ocyus Æoliæ quando ſilent animæ.

XIIX.

A me non equidem tua ſe præſentia flectit
Seu cum ſol oriens me moriensque videt.
Si tamen adverſis volvunt me fata procellis
Currit & ambiguo noſtra carina freto,
Stulta repercutiunt noctis me ſomnia, quæ te,
Cum mihi ſis propius, longius eſſe volunt.

XIX.

Non reditus amo Mygdonios, auri nec avarus
Inſtar qui cumulos Pygmaliontis habet.
Aut deceptrices, ſibi quas collegerit Orbis,
Aut delectrices ſunt pietatis opes.
Empyrii reditus & vectigalia cæli,
Gratia ſi tua quem dulcis obumbrat, habet.

XX.

Zona nitens auro, numeroſa talentaque regis,
Quicquid & argenti tota Canopus habet.
Vitiferi colles, & quicquid in æquore Nereus
Lintribus impletis Glaucus & inde vehit,

Hæc

Hæc tua sunt: sed qui sine te quæsiverit illa;
Æger ut est mansum qui vomit ore cibum.

XXI.

Dia quid in me non, mea Lux, tua gratia præstat?
Quis amat & vecors, vulgus adhamat opes,
Non amo, nec tumidos quos efflat mundus hono-
Et mala tresse minus computo fata levi. (res
Elysium subeo tecum nemus, inter & astra
Versor, ubi patior, lætor ubi lachrymor.

XXII.

Qui legit obscurum sine præceptore fideli
Euclidem, frustra quod legit omne legit.
Sic tenebrosa mihi, sine te, sunt omnia, tecum
Cuncta sub illuni mens mea nocte videt,

XXIII.

Irruptis, mea Lux, dependeo nexibus à te,
Pendet ut à quercu glans clypeata suâ.
Non mala non tecum metuoque pericula, causæ:
Namque patrocinium suscipis ipse meæ.
Est tua dulce mihi præsentia nectar, & inde
A me te quoties exeo non habeo.

XXIV.

Imitus afflictum per dura pericula servat
Et per inexplicitas me tua dextra vias.
Servatur, tua quem custodia servat, eritque:
Incustoditus, te sine quisquis erit.

XXV.

Bella paraturus rex Cyrus atrocia, cunctis
Grandia spondebat præmia militibus.
Pauperibus villas, aurum sine pondere, census
Patricios, urbes, regnaque divitibus.
Sed decumana diu qui multa spoponderat, ensis
Hic inter Scythicos inter & arma perit.

Non

Non mihi promittis tot opum sestertia Cyri
Vel quod in auriferis India quærit aquis:
Me tamen invitas ad Olympica gaudia, nemo
Quæ dignis potis est farier eloquiis.
Nil moriens Cyrus potuit, sed largiter alter
Quod mihi promisit Cyrus, id omne dabit.

XXVI.

Quid primus quid & imus habet discriminis? Imus
Nil, opibus pollens omnia primus habet.
At primus si te nunquam, sed amaverit imus,
Nil, imus sed egens omnia, primus habet.

XXVII.

In Imag. Salvatoris.

Ultra velle modum laudari frivola res est,
Non homini sed laus competit illa Deo.
Hunc nec lingua potest, nec Pieris ulla, decenter
Te dignisque Deum laudibus evehere.
Omnis iners hic est humana loquentia, par est
Nil potuisse, parum vel voluisse loqui.

XXIIX.

Ut messor segetes camero dum demetit ense
Fontanas sitiens quærit anhelus aquas:
Virgineum mea sic sitiunt præcordia Christum,
Hoc sine vita nihil mors nisi dura mihi.
Illius noctes ferventius opto diesque
In manibus vitæ solvere fila meæ.

EJUS-

EJUSDEM PASTORIS
Recitata
de
PASSIONE ET MORTE JESU CHRISTI.

I.

VAtes, dulciloquo quo nemo potentior ore
 Ante nemo fuit, poſtque futurus erit:
Sit quamvis (quod heri ſero ſub veſpere vidi)
 Crudelis vitæ veſpera facta tuæ,
Dum te, qui vir eras ſanctus, vir & impollutus
 Tam tragice voluit turpis Epopta mori.
Sed tua nil brevis eſt niſi Mors abſentia, certè
 Aut hodie vel cras, rurſus eris, quod eras.

II.

Ad Eundem patientem.

Jam mea cribratos ubi bucula diſcutit imbres
 Solis & elapſas lumine ſiccat aquas,
Percipit hoc duplici pecus hoc ſub imagine cæli
 Poſt imbres nitidos ſæpe redire dies.
Te tamen ignorat pulſis qui nubibus atris
 Dulce ſerenato ſpargis in orbe jubar.
Nec tua turba tuas agnoſcit inepta tiaras
 Nec patris æternum quod diadema geris.
Sed lupus ut pavidas Hircana per avia damas,
 Te petit inſidiis gens rabioſa ſuis.
Multa tibi recitant proceres dictata togati,
 Inque caput cumulant impia facta tuum.

Ficta

Picta quidem scelerum sunt hæc poppismata, totus
Sed facit indemnes Actus is esse reos.
Stat tua Majestas sputis exposta cruentis
Obsita tuberibus septaque vulneribus.
Spinea circumdant tua tempora serta, tuumque
Thermodoontiaco finditur ense latus.
Improbus insulsis in te lascivit Jambis
In-que-verecundis Satrapa ludibriis.
Teque crucis tandem trahit ad crudele theatrum
Irridens regni sceptra virosque tui.
O proscripta tuæ gentis vesania! sensus
Hic mea quot populus bucula durus habet.

III.

In Crucem Domini.

Dum decussatim Servator ab arbore pendet
Mortis & horrendam fert toleratque crucem,
Cur crucis oblitus tot mundus gaudia quærit
Ut pestemque fugit quisquis in orbe crucem?
O crux sparsa Dei decorataque sanguine salve,
Tuque feræ bicolor victima facta crucis.
Qui te, quique crucis secreta repellit, is una
Sub cruce perpetitur pro cruce mille cruces.
Sit mihi dux tua crux, crucis atque medela, mihi sic
Nil crucis est Domini sub cruce, ferre crucem.

IV.

A cruce sortimur nomen, sed bajulus hujus
Esse crucis nemo, quisque fuisse cupit.

V.

Ambigo sæpe quidem te conspiciendo, quis in te
An melior niveus sit color an roseus.
Certat namque tuus roseo cum sanguine vultus,
Certat hyperborea frons tua cumque nive.

In

In cruce sed roseos ubi pro me depluis imbres,
Quam roseus mihi sit res pretiosa color?

VI.

Dum ructant vinum, strepitus interque bibaces
Invisi damnant te, mea vita, patres:
Miles ubi contra te stat, concorsque senatus
Omnis & ê populo te jubet ordo mori:
Solum te Judex, mea candens unio, trunco
Noluit applicitum, mox & idem voluit.

VII.

Ponti Vir ater & vir inhumanissime, tristi
Qui tam dulce jubes morte perire caput:
Cur toties clamas, Vir purus & integer hic est,
In se nil sceleris labis habensque nihil.
Attamen hunc nigræ crucis ad suspendia ducis,
Cæsaris haud sanum Prætor habet cerebrum.

IIX.

Pestifer Allobrox, nigrumque Pilate bitumen
Futilis atque notæ deterioris homo:
Cur justum nullo fuerat qui crimine victus
Ad probrosa jubes ire theatra crucis?
Dentibus ultor erit sceleris frendentibus hujus
Latrans tartareas Cerberus ante fores.

IX.

Omnia qui Cæli Patrimonia continet, Orbis
Ultima quique suo Numine regna replet.
Indemnis mundi patitur pro crimine, fitque
Imus supplicio primus in imperio.
Sto velut Arpiti Cautes immobilis, & sum
Præ luctu nilquam præque stupore lapis.

X.

Quid pharetrata phalanx tecum non suscipit &
Subsequa nil diri truxque satelles agit? (quid

Ad

Ad coſtas lacerant virgis tua membra ſalignis
  It per anheloſum ſæva fariſſa latus:
Mala replent pugnis, mucoſis óra ſalivis,
  Innumerabilibus tergaque vulneribus.

XI.

Spinis te caeuli lacerant, lixæque flagellis
  Adque ter infamem ducit Epopta crucem.
Si ſcelus hoc Aquilæ concedunt jura biformis
  Si probat hanc tetricam lex Aquileja necem:
Deſere nunc ſaxum cito Siſyphe, panica ſaxum
  Hæc hominum debent volvere monſtra tuum.

XII.

Crudeles populi, nihil eſt animantis in Orbe
  Quod vobis rabie par queat eſſe ſua.
Non lupus eſuriens, ita non impaſta Leæna
  Sævit & in ſylvis urſa Caledoniis.
Non ita peltatos Elephas furit actus in hoſtes,
  Has furias nunquam Maſſica tygris habet.

XIII.

Quando dabant ſontes olim pro crimine pænas,
  Certus erat flagris verberibusque modus:
Verbera ſed circum volitant te grandinis inſtar
  Inſtar & e denſa nube cadentis aquæ:
Heu mea Vita gerit quot hiantia vulnera? turba
  Eſt Læſtrygoniis ſævior illa viris.

XIV.

Nec fuit aſperior peiorque Lavernio, quam qui
  Exiguo Dominum prodidit ære meum.
Non procul ille dehinc enectus ab arbore pendens
  Sentit avaritiæ præmia digna ſuæ.
Ah furor, ah certe furor eſt diteſcere velle
  Et bona poſthabito quærere multa Deo!

XV.

XV.

Inter rex pecudes armentaque bucera regum
Sub fastidita nascitur illuvie.
Proque mea spinis tortisque salute flagellis
Scinditur, indecorem ducitur adque crucem
A propriaque redit vi morte: quis Hellade totis
Legit & in Latiis hæc paradoxa libris?

XVI.

Est aliena tua mea mens â mente, quod ipse
Suscipis ingenium castrat id omne meum.
Spernit divitias mundanaque regna, ministris
Regna tamen tribuis divitiasque tuis.
Calonum pateris triscurria, sæva latronum
Probra catastarum vincula, flagra, crucem.
Hæc mala dum sorbes pro me crudelia, crescit
Et meus in te sit centuplicatus amor.

XVII.

Dum mea Lux moritur, tenebrescunt omnia, nec Sol
Dulcis nec quicquam sidera lucis habent.
Scinduntur scopuli, silices & saxa liquescunt
Rupes dissiliunt, astra polusque tremunt.
Hoc ut inauditum, sic durum velle videtur
Absurdumque pati posse Deumque mori.

XIIX.

Unica ceu Phænix senio confecta volucris
Mortua, deleta vivida morte redit:
Sic Adamantæo mortis de compede, rursus
Post biduum mea Lux viva reversa fuit.
Stulta negat plebs hoc, cerebri patresque sinistri,
Sed testis fidei plus ocularis habet.

XIX.

XIX.

Futilis ære levi te circumcellio postquam
Vendidit, infamem conjicit inque crucem.
Ilico deleta redivivus morte resurgis
Et factis thalamum solis utrumque reples.
Nunc hostes ubi fulva sedes super astra vicissim
Pro scoria reputas sorde putrique tuos.

XX.

Dum tempestates & hiantia vulnera mortis
Tot mala proque mea fata salute subis:
Sæpius obstringor, te flere, timere, requirit
Hoc pietas illud flere, timere fides.

XXI.

Sit licet ornatu tua frons ornatior omni
Divinumque tuo fulgeat ore decus:
Cum tamen hirsuti subeunt tua tempora vepres
Et faciem cingit spinea sylva tuam.
Spissis oppletur tua frons faciesque tenebris,
Atque fit elapsis pallidior foliis.

XXII.

Arbor es inclinans ad nos sua brachia, fructus
Cujus sunt meriti visque vigorque tui.
Qui metit hos fructus, comes indivulsus is olim
Mortuus atque Dei vivus amicus erit.

XXIII.

Signa gerit tua Mors victricia, sævaque mortis
Morte tua vis est fracta, reducta salus.
Morte tua tumulos aperis, sed nostra sepulchri
Te sine claustra manent irrevocabilia.

XXIV.

Si res ulla tibi, spolias ubi tartara magno
Parta labore fuit, parta labore fuit.

XXV.

XXV.

Nemo poteſt vitam temerè ſibi demere, vitam
Amiſſamque ſibi reddere nemo poteſt.
Dumque revixiſti propria virtute, ſupremum
Quod pecus eſt quod non te videt eſſe Deum?

XXVI.

Contra Cantharidum, Circæaque pocula, ſuccos
Et quæ philtra domi Colchica miſcet anus:
Aſpideum contra Crocodilinumque venenum
Et fel mortiferum quod Salamandra coquit:
Contra peſtiferæ Centaurica ſpicula mortis,
Unguentum, tua Mors; & medicamen habet.

XXVII.

Ad Eundem de ipſius Cœlo & Domicilio beatiſſimo.

Hic tua de puro ſunt atria facta ſmaragdo
Tectaque tot regni Sardonychata tui:
Hic ſunt mille tui gemmata palatia patris
Pluraque de factis amphitheatra tuis:
Hic ſuperi celebrant æterna repotia tecum
Et per continuos annua feſta dies.
Sunt ibi liligeri roſeoque decore decembres,
Perpetuoque virent tempora veris ibi.
Flumina lactis eunt, & eunt ibi flumina mellis,
Hic tellus caſias, cinnama prata ferunt.
Aurea dependent hæc à te ſecula, ſuntque
Illa Promethæis, te ſine, clauſa feris.

XXIIX.

Hic eſt Elyſii locus atque Cupidinis hortus
Nectaris æternum delitiæque forum.
Hic ſacra perpetuo celebrantur Hilaria plauſu
Perque triumphantes jubila læta choros.

Hi

Hic super humanum sunt omnia gaudia captum
Et super Eloquium plectra fidesque meum.
Sub crucis illuvie, mortisque dolore doloris
Cœlo, nil patior, te quoque si potior.

XXIX.

Tantus dicendi de te mihi restat acervus,
Tam quoque sublimis copia magna rei,
Ut si cuncta velim numeris includere, parvus
Hic liber ingentes iret in Iliades.

XXX.

Primi Pastoris ultimum votum.

Phosphorus abducit sed sidera cuncta reducit
Hesperus, hic noctem nuntiet, ille diem.
Christe, meæ mortis si venerit Hesperus, ille
Hesperus, ac animæ phosphorus esto meæ.

SECUNDI PASTORIS
Recitata
de
PASSIONE JESU CHRISTI.

I.

QUàm trahit incertis sors invida cuncta qvadrigis,
Instar & Euripi nos mala fata rotant?
Heu! heu! carnificis patior tormenta, perennes
Pugnas & plagas intus & exterius.

Ut portentoso cum ventre cucurbita grandes
Tam mea conglomerat saucia mens lacrymas,

II.

Carminis Aonides fluvium mihi fundite Musæ
Ut meus haud lento remige puppis eat:
Fabor enim nunquam quæ sunt audita vel ante
Vel post dilapsas Deucalionis aquas.
Sed tum tento metrum, capitis vertigine pulsor,
Clauditur in rictu vocis iterque meo.

III.

Ducitur hinc densis à me legionibus hic qui
Custos est pecoris duxque pedumque mei:
Lingua qui poterat lapides mollescere, vitam
Amissamque sua restituisse manu:
Qui montes poterat supra transferreque montes
Et fluidas retro ducere fontis aquas.

IV.

Quid mihi nunc animi, mea lux, ubi sextuplicat
Hostica te cingit fune ligatque manus?
Luna soror Phœbi plus roscida lucis in orbe
Quo plus à dulci fratre recedit, habet:
At procul hinc à me dum duceris, ipse sereno
Sub Jove perpetuis ambulo sub tenebris.

V.

Heu! me sanguineis sors macerat aspera flagris
Instar inexpletus carnificisque dolor.
Urnam cum lacrymis suffarcio nocte, meoque
Cum gemitu nubes astraque pulso die.
Hoc fari nulla ratione potestur amaris
Quam feriat mæror meque dolor lachrymis?

VI.

O si me celeri trans ultima Bactra rotatu
Pegasus alato duceret inde pede:

V

Vel quo de liquida potat Geta ningue, perenni
Quoque coloratur sole perustus Arabs:
Ne crudele tuum cogar spectare macellum
In quo sæva subis fata, sed innocuus.

VII.

Sæpe quidem blaterat, mea Lux, velut absonus anser
Plurima de factis turba sinistra tuis.
Te pars hæreticum blasphemo nominat ore,
Teque venenatum pars ait esse Magum.
Rumpitur illa tamen gravis accusatio turbæ,
Sicut Arachneæ turgida vela domus.

IIX.

Inter es horrendos ut cerva recincta leones
Capta Lycaonios inter ut agna lupos.
Omnis te probris lacerat, tristemque minatur
Ordo minor mortem major & ordo tibi.
O steriles veræ populi pietatis, avitæ
Indecores patriæ justitiæque viri!

IX.

Inter eram cum jam crudeles Martis alumnos
Cum tua finiret, lux mea, fata Deus:
Quam tua mordaci rodebant dogmata dente,
Teque paludatus plebsque patresque chorus?
Si non fulmineæ deleverit igne viros hos,
Injustus, nec erit justus ut ante, Deus.

X.

Quid meus Ardor agis? cur formidabile fatum
Mortis iterque volens ipse sciensque subis?
Cur non Herculeas ultra fugis ipse columnas,
Aut ubi quærit opes gens Peruana suas?
Cur non trans Lybiæ sterilis fugis exul arenas
Sylvaque cur te non Appula detinuit?

XI.

Liberat indemnem Judex à crimine, factum
  Actor ubi certâ non ratione probat:
Sed nihil hic toto Leges cum Codice, saltem
  Ira, libido, furor, lis odiumque valent.
Nil nisi ventosos hæc pro ratione pepones
  Pro cerebro fungos gens habet indocilis.

XII.

Dicite Pontifices, quid fecerit inconcessi?
  Læsit an indemnes illius hasta viros?
An pecus è vestris deduxit ovilibus? aurum
  An Capitolino vasaque sacra Deo?
An vobis loculos excussit? an ignibus ædes
  Diruit? an latro sit? dicite Pontifices.

XIII.

Urget id in toto Judex efflictius actu,
  Objiciens: te nil criminis esse reum.
Sed pereat! clamat desultrix turba, cruentam
  Inque crucem sævi more latronis eat.
Vatem tam leviter celebrem damnare, profecto
  Si qua venit res hac morte dolenda venit.

XIV.

Te stant carnifices nodosis funibus ante,
  Extra qui numerum te lacerantque modum:
Non ita mentis egens in viscera matris Orestes
  Non ita sæva mero Baccha repleta, furit.
Hos ubi specto viros barbis ingentibus, & te,
  Instar hyperboreæ grandinis ipse gelor.

XV.

Post modo te spinis obulorum triga, coronas
  Post & habet regni sceptra virosque tui.
Acrius obstipa grassantur fronte thrasones
  Verberibus tota nocte tonantque suis,

Satra-

Sacraque dilacerant falcatis unguibus ora;
Inque rotant faciem toxica sputa tuam.

XVI.

Non tot picta novo generantur germina vere,
Nec cava tot pluvias lira resorbet aquas.
Quot scelerata cohors, Orcique cadavera, corpus
Implent verberibus vulneribusque tuum:
Gens perversa, viri si non hæc vulnera justi
Corde dolente doles, esse dolere quid est?

XVII.

Crudeles Animæ, fera quas ustrina Cyclopum
E scoria, duro fecit & è chalybe,
Quæ tot vulneribus laceratis atrocibus illum,
Lumen inexhaustæ qui pietatis erat:
Tartareo vobis olim sub fornice justam
Mercedem nigræ mille dabunt Furiæ.

XIIX.

Denique damnatum, Judex â rupe profectus,
Te caculis tradit militibusque suis;
Olli suspendunt truce te sub stipite, pectus
Sævo perfodiunt atque dolone tuum.
Sic meus amisso per vulnera sanguine finis
Et sua contemptim fata resignat Amor.

XIX.

Omnibus antistans medica virtute viris vir,
Omnia nullius qui faciebat ope:
Entheus hic vates cedro dependet ab alta
Et fera, ceu turpis stellio, fata subit.
In tragico vidit nihil explicuitque theatro
Flebilius Sophocles, tristius Eurypides.

XX.

Sanguinis exuctor trux Ponti, cujus in orbe
Sordida multorum fama per ora volat:

Nunc tibi nil restat Siculus quam Vesper, & ardens
Quicquid sulphurei fulminis orcus habet.
Hæc mala dum metuis, resipiscens, signa dolentis
Indiciumque bonæ mentis habes, nec habes:

XXI.

Nunc deleta fuit popularis opinio Regem
Ingentemque fore te, mea vita, Ducem:
Qui tot militibus, qui tot præeuntibus armis
Cogeret innumeros sub sua sceptra viros.
Sic mea credebat ruditas: sed ludor, atroci
Mors ubi jam vitam commolet ore tuam.

XXII.

Cur nigrum toties piceato sulphure cœlum
Mittit in Iliacum fulmina sæva nemus?
Ite paludatos ignita tonitrua centum
Inque tot injustos fulmina sæva viros:
Qui tot neglectis præfracto legibus ore
Tam sanctum delent & sine labe virum

XXIII.

Cingitur inde Dei sæva fuligine lampas,
Ad Scythicas pallens Luna fugitque plagas:
Concutitur magno natura tremore, tuumque
Interitum Silices Saxaque dura, dolent:
Lentius it Tygris, fontes lymphæque loquaces
Tristius & luctu concutiente fluunt.

XXIV.

Tristius abjecta procedit Alexis avena,
Fastiditque suas rustica phyllis oves:
Ululat aurata Neptunus in æquore barbâ
Tota natatricum gens quoque Naiadum.
Scilicet indemnis cœlum, mare, sidera, clamant
In cruce suspensus qui fuit, ille fuit.

XXV.

XXV.

Qui Virtute viris fuerat prior omnibus, ille
Ultima crudeli ſub trabe paſſus, obit.
Incipe nunc roſtrum Ponti dimittere, juſtum
Hunc ubi tot clamant ſigna fuiſſe virum.
Mancipium ſtygii tortoris, Alaſtor & ingens
Inſidiator, ut hoc nunc es, & illud eris.

XXVI.

Caurus ubi multis depectat fluctibus æquor
Implet & inſanis omnia turbinibus,
Nauta repercuſſa, fracta ſpe, funditus alvo,
Nil niſi præſentem conſpicit interitum:
Sic undoſa Thetis vaſto te gurgite ſorbet,
Urbs palmoſa ferox fitque Malea tibi.

XXVII.

Urbs ſpretrix ſcelerata Dei, ſecretior in qua
Sanguineo Pietas foſſa dolone jacet!
In qua jura ſilent, teritur fas calcibus, in qua
Nil cerebri judex, nil ſalis Actor habet:
A te jam celeri fugio pede longius, omnis
In te congeries impietatis adeſt.

XXIIX.

Omnia jam coëunt in me diſpendia, finis
Et menſura mei nulla doloris adeſt.
Præ luctu macra ſum factus imagine, reptant
Triſtes per lachrymæ prata viasque meæ,
Flore cibantur apes, pecudes paſcuntur hybiſco:
Sed paſcor lacrymis ipſe ciborque meis.

XXIX.

Nunc Saturnia falx ubi te demeſſuit, in me
Orbis & abſectâ ſpe perit omnis amor:
Non Arabum ſine te meſſes, frugesque Sabæas
Non auri cumulos opto, ſed opto mori.

In tumulum corpus, pars altera corporis à me
Absiliens lucos ibit in Elysios.

EJUSDEM PASTORIS Fletus & DIRÆ IN PILATUM.

I.

Huc & tristis eo rana formidior illuc,
Sto sævumque velut capra stat ante lupum.
Hostes nil, hastas præter lapidesque loquuntur,
Exitiumque sitit quisquis in urbe meum,
Nil superest, quam quod lethæa cicuta Pilatus
Iusserit ad nigra me carpere fata viam.

II.

Cur adeo fletu laceras tua lumina propter
Passeris interitum Lesbia stulta tuum?
Jam me flesse meis fas est balatibus illum
Vatem, quo nemo major in orbe fuit.
Qui manifesta Pharos fuerat Pietatis, & omni
Eloquio pollens Auxilioque potens.

III.

Cujus Crystallo Garamantide purior omni
Cujus labe carens sordeque vita fuit:
Hic hodie mortis passus cruciamina, lignum
Purpurat infelix rore lavatque suo.

IV.

IV.

Ah dolor! hostili quam sunt tua fracta flagello
Tempora, crudeli tergaque rupta manu?
Tot globus errantes nunquam rotat astricus Ignes
Tot guttas pluviæ non habet Arcus aquæ:
Quot geris inflictasque notas & vulnera, vitæ
Dulce meum nectar, lac & amygdalinum.

V.

Ite gemiscentes ad sidera vasta querelæ
Instar vos lacrymæ fluminis ite meæ.
Sub tristi suspensa fuit, mea pupula cedro
Numen Arionium nectar, aroma, meum.
Currite ploratus gemitusque per ora madentes,
Sicut in Euxino pulsa carina freto.

VI.

Non sic Andromede fatis agitata cruentis
Flebat ubi Lybici præda leonis erat:
Non Hyades tanto lachrymarum turbine deflent
Interitum fratris duraque fata sui.
Uberius gemmant oculis mea lumina vestris,
Nec reperit numerum nostra querela suum.

VII.

Sum violæ similis quam frigore Caurus adussit,
Aut si quam læsit sævior aura rosam.
In ceræ fluxit mea frons faciesque figuram
Nilque nisi toto corpore sum macies.
Non sum qui fueram: tantum nox unica canas
In mea conjecit tempora mille nives.

IIX.

Cadmæi fratres, mea Lux, quos sæva Carybdis,
Calpar & abruptis nutriit in scopulis.
Versus suscipiunt te facta ferocia major
Assignatque nigrum theta minorque tibi:

Multum flete viri Solymis in montibus ægri,
In cruce vestra perit qui medicina fuit.

IX.

unt mea quæ tua sunt, mea Lux, Cruciamina mortis
Optoque nil præter te moriente mori.
Nigrescunt quæcunque vident mea lumina, fractos
Et loquitur mancos vix mea lingua sonos.
Heu mea jam cordis spiracula syncope stringit
Spargite me medicis ocyus unguinibus!

X.

Intuitus charitum, cœli quem summa venustas
Et decorat Paphia quicquid in arce fuit:
Nunc ubi Getulo facies tua murice sparsa
Inque tuis ubi nunc gratia viva genis?
Nunc ubi Thisbæo certantia labra colore?
Vultus ubi jam sunt lilia verna tui?

XI.

Nunc diadematus spinis damnatus ab urbe
Ad portentosam duceris ipse crucem.
Dumq; trabem solus toleras quater inter eundum
Sub trabe perfusus sanguine terque cadis.
Colluctor tecum, mea Lux, cum morte, nihilque
Nunc ubi te video, sentio, nec video.

XII.

Heu cur tam tristi te fata ferocia fata
Et tam barbarica morte perire volunt?
Num Iovis aut versus Saturni te stetit astrum
Sideris alterius vel positura gravis?
Nota Mathematicis sunt hæc arcana, nec illa
Ex pastoritia simplicitate scio.

XIII.

XIII.

Anser in Orcheſtro, ſtrepitoſa cicada, bilibris
Tris aſſasque Baro, Rabula nilque valens:
Deleat eque tua te plebs eliminet urbe
Poſt freta proſcribat Caſpia teque procul:
Hic tua conſumant alimenta voracia murum
Agmina teq; ferox non ſine tabe fames.

XIV.

Quid mea tempeſtas Præſul ſcelerate, quid? annon
Infelix Domini ſidus es ipſe mei?
Ipſe ſacro temeras te ſanguine, bajulat annon
Atram te, mea Lux, præcipiente crucem?
Ogygium monſtrum, Stygii fax atra, Pilate,
Orci, Tartarei truxque planeta Jovis.

XV.

Stellio ter turpis, turbator pacis, avitas
Qui legesque ſoles calcibus impetere.
Sit damnata dies, infamis & hora diei,
In quo te primum vidit in orbe parens:
Non homo, te tygris peperit Gangetica, vitam
De brutoque trahis quadrupedante tuam.

XVI.

Dum venit incluſus cuneis hoſtilibus ad te
Anteque ſtat rupta te, mea vita, cute:
Juſtus is eſt, nullo ſe crimine polluit, inquis,
Et tamen hunc juſtum mox ais eſſe reum.
Aſtra mari miſces, Iudex varicoſe, bubulco
Iudice, nam juſtus non reus eſſe poteſt.

XVII.

Carniſecæ fili, præſul perverſe Pilate
Præſes Judicii turpis inersque tui:
Qui tot fallaci ſtruis enthymemata ſenſu,
Felle Lycambæo cujus & ora madent:

Qui te collutulas injusto sanguine, justum
Tam sævisque virum pingis imaginibus.
XIIX.
Toto qui candes ut carbo Cyclopicus ore,
Utque niger splendes sole perustus Arabs;
Sunt tua fulphurea fuligine sparsa labella,
Turpibus est tua frons depretiata notis:
Incedis Liparæ veluti varicosus in antro
Mulciber, impendens hernia teque gravat;
XIX.
Vitam concedant inopem tibi fata, supellex
Instar castaneæ sit tua tota nucis,
Argenti major nec sit tua copia, sicco
Pulice, vel tenui papilione minor?
Si quid edis, nil præter edas quam vilicosum
Panem, sitque cibus glans cariosa tuus.
XX.
Omnia succedant avibus tua vota sinistris,
Infaustoque fluat sidere quicquid agis:
Infelix in agris lolium, vacuæque genistæ,
Vana filix, sterilis crescat avena tuis.
Quas jucunda Ceres fruges producit & Evan,
Grandineum perdat frigus id omne tibi.
XXI.
Phœbe pater, radios currusque reconde jugales
Et te desertos confer in Æthiopes.
Pardis asperior judex, non dignus haberis
Ut videas purum solis in orbe diem.
Africa non pejus monstrum nec inhospita Calpe
Vidit, nec Stygius vesper & Orcus habet.
XXII.
Sanguis Avernalis, crudeleque semen Echidnæ,
Humana qui sub bellua pelle lates;
Lem-

Lemniacis miles te ſtringat agatque catenis
Te ſpolietque tuis hoſtica turba bonis:
Flamma tuas ædes abſumat, vt inde mali nil
Sentiat & damni proximus Vcalegon.

XXIII.

Circumcinctus eas trito centone parumque
Et vix dimidia veſte tegente cutem.
Eſuriens vacua nullaque patop ſide cœnes,
Potus de lora paupere ſitque tuus:
Mordaci ſtringat te dux populusque cavillo,
Ungue notentque ſenes te juvenesque ſuo.

XXIV.

Cum Satyris vivas Faunisque bicornibus, atra
Sint pars atque tui ſpectra ſodalitii:
Inter Centauros, Syrtes Arabumque remotas
Inter Sarmaticas ſint tua tecta nives.
Ipſe tuas ortus lacrymas veſperque querelas
Audiat, & gemitus noxque diesque tuos.

XXV.

Tota poli verſus te conſtellatio pugnet
Et quot inoccidnus ſignifer aſtra rotat;
Extorris vivas, ædes lex Portia nullas
Concedat, mala nec fata cubile tibi.
Nemo ſuſcipiat nec te, niſi forte Lycaon,
Cujus adhuc crudo ſanguine ſica madet.

XXVI.

Torve, Pilate, tuum non ſit ſine cimice lectum,
Tota te ſubeat nocte nec ulla quies.
Tuſſis atrox, febris, pituita, moleſta podagra
Conſumet vitam non ſine tabe tuam.
Raucus & ad tua ſit præcentor funera corvus;
Interitumque fleat noctua ſola tuum.

XXVII.

XXVII.

Denique quando tuus de corpore ſpiritus hujus
Corporis æternas iverit in tenebras.
Hic ubi ſulphureas eructat Cerberus ignes
Et vice tot verſa verbera tortor agit;
O te te miſerum! ſed pœnas carminis hujus
Quis ſatis accentus notificare poteſt?

XXVIII.

Illic quando malis cum ſtipatoribus olim
Poſt Acheronteas triſtis abibis aquas.
Te piceo noctis implebunt igne ſorores,
Innumeris furiæ verberibusque nigræ,
Ille flagellorum curſus per terga, ſequenti
Semper erit major deteriorque die.

XXIX.

Plurima Caucaſea patitur ſub rupe Prometheus,
Et ſitiens refluas Tantalus inter aquas:
Horrida carnificis nil hic ſunt facta cruento
Dum notat infames enſe rotaque viros.
Sed graviora tibi reſtant tormenta, perennis
Inferni dolor eſt, carnificisque brevis.

FLETUUM ET DIRARUM
PARS POSTERIOR.

I.

Triſtius & paſſis lacrymas incedo capillis,
Inde fatigatos vix moveoque pedes.
Fracta doloriſono mens & perterrita luctu,
Exorto veluti ſole pruina liquet.
Unica præſenti mihi nox eſt longior anno,
Elapſisque decem menſibus una dies.

II.

II.

O si gutta sacro de fonte Poeseos ulla
Iret in hoc, mea Lux, quod tibi necto metrum,
Si Romana mihi flueretque loquentia linguæ,
Sicut in Euxinum Tybridis unda fretum,
Facta tui vellem populi lugubria grandi
Eloquioque gravi dicere, sed quid ego?

III.

Dio qui populum pascebat nectare, factis
Qui novus Alcides, oreque Nestor erat:
Turpiter hunc Judas mentita per oscula tradit
In deletrices carnificisque manus.
Durior ô statua vir & compactior omni
Ilice, quam capital grande scelusque paras?

IV.

Qui fuit in toto factis ingentibus orbe
Notior, humano major & eloquio:
Scinditur is spinis virgisque ferocibus acti
Proditor & patriæ trux Catilina feret.
Non freta sensus habet, nec vita cadavera, dura
Marmora, non ferrum, non lapides animat.

V.

Vapulat & loris enormiter ille feritur,
Qui caput & veræ sol, pietatis erat.
Hic tot puncturas, tot vulnera sæva, tot atras
Rupturas quot ager grana subactus habet
Claude diem, lampas hoc ne Phaetontia factum
Mecum conspicias flebile, claude diem.

VI.

Momꝰ quem nunquã potuit reprehendere, quiq;
Zoile non poterat displicuisse tibi,
Hunc ferus injusto Centaurus fulmine damnat,
Inque necatricem jussit abire necem.

Induat

Induat hic omnes, ut vestem Satrapa diras,
sol quoties noctis delet in orbe faces.

VII.

Cujus vita fuit puro sincerior auro
Qui de Pegaseo fonteque rivus abit:
Crudeles inter suspenditur ille latrones
Triste cruentatæ fitque catharma crucis.
Te quoties video, mea Lux, sic terreor, ac si
Vellet carnificis me jugulare manus.

VIII.

Qui pietatis erat vas virtutisque sacellum,
Antistes populi dux stationque sui,
In cruce suspensus bellatricique bipenne
Cor prope crudeli vulnere fossus obit.
Regnant, bacchanturque mali, signantur obelo
Aerumnis, alapis, vulneribusque boni.

IX.

Nunc clypeata cohors coäceruatæque phalanges
Ad nigra te postquam sævaque fata trahunt,
Non me paulo tuæ Matri qui contigit ante
Cum tua spectaret vulnera, spasmus agit:
Sed perit auditus, visusque rebellat, & in me
Omnis hyperboream sanguis it in glaciem.

X.

Vana revelarunt nunquam mihi somnia, velle
Posseque tam tragicè te mea vita mori.
Regnum te potius subiturum tale putabam,
Quale sub Augusto Cæsare nuper erat.
Spes hominum vanas! ita non flet amariter infans,
Ubera dum quærit matris, ut ipse fleo.

XI.

Inter ut infames pendet mea vita latrones
Sacratoque lauat rore repletque crucem:

Sic

Sic ſua fata ſubit cum graſſatoribus illis
Quorum vita rapax & ſcelerata fuit.
Ah quam contemptim perit hic vir, quo ſine nemo
Ante fuit primus poſtque ſecundus erit!

XII.

Alter eras Orpheus ad cujus flumina vocem
Porgebant aures ſaxaque dura ſuas.
Argus eras, mea Lux, & eras oculatior Argo,
Ægrotis opifer duxque paterque viris:
Quid niſi ſpinoſam nunc pro mercede coronam
Accipis, indecorem proque labore crucem?

XIII.

Verba loquebaris noſtras penetrantia mentes
Sanabas facili languida membra manu;
Lunato mortis revocabas enſe peremptos
Et tua quod poterat nulla manus poterat.
Deleret, tua ſi conarer dicere facta
Tam ſpecioſa, pater Phœbus in orbe diem.

XIV.

Ah te ſumma penes fuerat ſapientia, præ te
Nil, mea vita, Plato, nil & Ariſtoteles.
Quicquid erat factum longeque futura ſciebas,
Sique quid arcani porticus omnis habet.
Enthea dictabas & avitæ verba ſalutis,
His ſine qui didicit plurima, nil didicit.

XV.

Contra fas bifidi præſcriptaque limina Juris
Vir veluti ſacer hic intemeratus obit:
Sic & inexpleto deles mea gaudia luctu
Meque cruentata falce Pilate metis,
Effrons impoſtor crudelis Alaſtor, Epopta,
Qui tanti quanti ſacra prophana facis.

XVI.

XVI.

Asper Arabs publici contemptor Juris & æqui,
Cujus in oblito dextra cruore madet:
Cujus lingua ferox, mala frons, mens pessima, cujus
Nec potis est oris spiritus esse bonus:
Non hæc charta potest sat culpatrixque papyrus
Congrua de vitiis dicere verba tuis.

XVII.

Illud habes hodie, mea Lux, quod flebile lignum
Facta sit, & potior portio parsque crucis:
Et qui militibus te præcipiente sepulchrum
Sat custoditum pluribus, illud habes.
Sed quia vaticinans se velle resurgere dixit,
Forte Pilate diu non quod habebis, habes.

XVIII.

Ut delicta tibi testes ingloria turba
Turpiter assignant multa, sed absque fide:
Sic te legitimo voluit sine teste Pilatus,
Impolluta licet sit tua vita, mori.
O scelerose senex, satis hoc si Nerea totum
Hauseris, haud poteris grande lavare scelus.

XIX.

Nugipotens doctor, qui vaniloquacibus imples
Verbis Cæsareum futilibusque forum,
Hunc &, quem canimus, fallacibus argumentis
Posthabita riguo lege cruore reples:
Mille repercussis ignita tonitrua bombis,
Et capiti restant fulmina plura tuo.

XX.

Sit strepitosa tuus comes indivulsus egestas,
Et prece quæsitus te præeunte cibus,
Parvaque tam frugum tibi copia crescat, ut una
Vix possis mures pascere nocte duos,

Nudis

Nudis incedas pedibus, squarrosa perrennis
Vestitusque tuus phora sit & scabies.
XXI.
Sis novus Ixion, Tityus sis flebilis alter,
Cujus adhuc cordis viscera vultur edit.
Herculis ærumnas, siccam latrantibus hiris.
Sustineasque sitim nocte, dieque famem.
Omnia te circumcingant incommoda, damna
Eveniantque meo famine plura tibi,
XXII.
Castra quot explodunt tormenta Britannica forte
Quando tuas spoliant dives Ibere rates :
Suecia crudeli quot sternit acinace Moschos :
Delet & imbutos fraude doloque viros:
Tot fera morborum subeant te castra, tot uno
Te vicibus quatiat febris amara die.
XXIII.
Quot pater ê scissa jaculatur fulmina nube,
Horrida quot gemitus natio ditis habet :
Antra quot eructant Cyclopum saxa, Lybissa
Terra quot indomitas pascit alitque feras :
Tot te vulneribus furor impleat hosticus, unum
Donec in afflicto corpore vulnus eris.
XXIV.
Præsul & Actor iners, qui tot præconia veræ
Virtutis, fætus quot caprificus, habet.
Extra te Nemesis, tortorque domesticus infra,
Te feriant stimulis sic mala fata suis :
Ut sudet (licet hoc rarum sit) perpete luctu
Mens tua sudores saucia sanguineos.
XXV.
Præter id hoc damni tibi luscitiose Pilate,
Hac desultrici pro levitate precor :

Fata

Fata ſiniſtra tuum turbent caput, excerebratum
Senſibus orbatum te faciantque tuis:
Ut lepores quæras ſcrupuloſa per arua bicornes
Teſqua per aligeros & ſalebroſa boves.

XXVI.

Præſul ab Arcadia, Samii Lucumonis inepta
Progenies, rabido deteriorque Geta:
Tantis qui Domini laceras ut oluſcula corpus
Scindis & ut porrum ſectile vulneribus:
Non Prætoris opus, ſed olentis, ut Acta loquuntur,
Excoriatoris ſigna notasque geris.

XXVII.

Mente Ligur fallax, mendax, impoſtor ad unguem
Juſtitiæ tortor, legis adulter atrox:
Sis odio cunctis, veniens obliteret ætas,
Opprobriisque petat nomen in orbe tuum.
Donec mundus erit, ſolaris & orbita, cœli
Donec drama ſuis Luna pererrat equis.

XXVIII.

Montes perfodias, loca per campeſtria volvas
Molaresque tua ſaxa trabesque manu.
Grando tuas feriat lapidoſo fulmine fruges,
Hæc mala tamque feras fata Pilate diu,
Donec mille ſuâ ſubcuſpide muſca leones
Straverit, armatos capra tot atque viros.

XXIX.

Denique crudeli tygris te maceret ungue
Inque Caledonia ſæva leæna ſpecu.
Si qua tamen de te pars ulla remanſerit, infra
Eſuriens rictum vultur avesque, ferant,
Sic paulo tua poſt ignoto membra ſepulchro
Condita, trux avium nil niſi ſtercus eris.

TERTII

TERTII PASTORIS
Dictata
De
PASSIONE & RE-
SURRECTIONE
CHRISTI.

I.

equius & tota non horæ nocte minutal
Dormivi, nec adhuc causa soporis adest.
axo præ luctu gravior sum factus, & ulnas
Vix pedibus quatuor metior ipse meis.
ussat lingua, manus trepidant, ignosce Palemon,
Si mea non dulci verba struice fluant.

II.

usque deque caput multis inflecto querelis,
Verso manus, manibus cruraque scalpo meis.
divulsa libro mæroris pocula, venter
Fastiditque datum crudus ab ore cibum.
ur hoc fit quæris? tua jam num tristia fata
Non mea sunt? morbum sis, mea vita, meum.

III.

igra Sophistarum nunc penso jurgia, qui tot
In caput eructant scommata sæva tuum.
unc id qua, mea Lux, virgis ratione salignis
Te lacerant sulco sicut arator humum.
perjurati nunc volvo facta Pilati,
Qui patrat audaci facta nefanda manu.

IV. In-

Fata ſiniſtra tuum turbent caput, excerebratum
Senſibus orbatum te faciantque tuis:
Ut lepores quæras ſcrupuloſa per arua bicornes
Teſqua per aligeros & ſalebroſa boves.

XXVI.

Præſul ab Arcadia, Samii Lucumonis inepta
Progenies, rabido deteriorque Geta:
Tantis qui Domini laceras ut oluſcula corpus
Scindis & ut porrum ſectile vulneribus:
Non Prætoris opus, ſed olentis, ut Acta loquuntur,
Excoriatoris ſigna notasque geris.

XXVII.

Mente Ligur fallax, mendax, impoſtor ad unguem
Juſtitiæ tortor, legis adulter atrox:
Sis odio cunctis, veniens obliteret ætas,
Opprobriisque petat nomen in orbe tuum.
Donec mundus erit, ſolaris & orbita, cœli
Donec drama ſuis Luna pererrat equis.

XXVIII.

Montes perfodias, loca per campeſtria volvas
Molaresque tua ſaxa trabesque manu.
Grando tuas feriat lapidoſo fulmine fruges,
Hæc mala tamque feras fata Pilate diu,
Donec mille ſuâ ſubcuſpide muſca leones
Straverit, armatos capra tot atque viros.

XXIX.

Denique crudeli tygris te maceret ungue
Inque Caledonia ſæva leæna ſpecu.
Si qua tamen de te pars ulla remanſerit, infra
Eſuriens rictum vultur avesque, ferant,
Sic paulo tua poſt ignoto membra ſepulchro
Condita, trux avium nil niſi ſtercus eris.

TERTII

TERTII PASTORIS
Dictata
De
PASSIONE & RESURRECTIONE CHRISTI.

I.

Nequius & tota non horæ nocte minutal
Dormivi, nec adhuc causa soporis adest.
Saxo præ luctu gravior sum factus, & ulnas
Vix pedibus quatuor metior ipse meis.
Mussat lingua, manus trepidant, ignosce Palemon,
Si mea non dulci verba struice fluant.

II.

Usque deque caput multis inflecto querelis,
Verso manus, manibus cruraque scalpo meis.
Adivulsa libro mæroris pocula, venter
Fastiditque datum crudus ab ore cibum.
Cur hoc fit quæris? tua jam num tristia fata
Non mea sunt? morbum sis, mea vita, meum.

III.

Nigra Sophistarum nunc penso jurgia, qui tot
In caput eructant scommata sæva tuum.
Nunc id qua, mea Lux, virgis ratione salignis
Te lacerant sulco sicut arator humum.
In perjurati nunc volvo facta Pilati,
Qvi patrat audaci facta nefanda manu.

IV. In-

IV.

Injustè Solimæ gens infantissima fecit,
Decernens justo flagra necemque viro.
Tu pariter Judex erras furialiter, illud
Qui quicquid populus poscit abunde facis.
Judicis haud populus sed Lesbia regula lex est,
Fluxit id ex animo numne, Pilate, tuo?

V.

Sistitur ante tuum postquam mea vita tribunal,
Dicitur & capitis, sed sine teste, reus:
Non possum salvis occidere legibus illum
In quo nil sceleris nequitiæque fuit.
Sic ais, at hoc si tua jura, Pilate, requirunt,
Trux Balatro cur non illud agis, quod ais?

VI.

Cur vibras Judex Japone ferocior omni
Hunc in adoratum fulmina sæva caput?
A te cuncta fluunt ludibria, sputa, flagella,
Cum truce sunt per te vulnera cuncta cruce.
Credo quod Hircanæ setosum tygridis uber
Suxeris, & mammas, sæva leæna, tuas.

VII.

Actor hic & Judex, jam compilata Pilate
Argumenta valent nil Rhadamanthe tua.
Dictant Pontifices inconsistentia, testes
Turpiter à vera deficiuntque fide.
Illos crediderim (quod rusticus approbat Alcon
Urnas stultitiæ mille bibisse viros.

VIII.

Quid loquor? id magis & me torquet amarius id n
Urit ut admota flammea cera face.
Vir quod atrox Judas, popa trux, ter turpis Jud
Tam vili dominum vendidit ære meum.

H

Hic ut fama volat, per licia texta velut bos,
Aut ſus, in veteri pendet obeſa trabe.

IX.

Heu quot ſpinoſas ſcelerata pecunia curas
Crudeleſque metus interituſque parat?
O ſi te ſtimulus nunquam fodiſſet habendi
Mortua tam tragicè non mea vita foret.
Inde tuum diris nomen jurgator Jambis
Devovet, æternis & ferit opprobriis.

X.

Nigrior o Juda, ſtygio ſub gurgite ranis,
Omni vir vitio deteriorque malo.
Propter ter denas Acheruntia regna trientes
Nunc ſubis & Siculæ triſtia clauſtra deæ.
Hic piceo potes æs numerare ſub igne doloſum,
Ac in Tartareo ſæpe probare cado.

XI.

Nec fuit in toto populus crudelior orbe
Indigetes quàm ſunt urbs Solimæa tui.
Non adeo Siculo fuit manſvetus in antro,
Hic oculus cujus montis ad inſtar erat.
Nulla Chimera furens, non Scylla biformis, olym-
Nec Lapithæ jaculis qui petiere ſuis. (pum

XII.

Duriter objurgat te pars, pleniſque caniſtris
In caput effundit verba ſceleſta tuum.
Pars tua diffindit pungentibus undique ſpinis
Tempora, pars tua per terga flagella trahit.
Ut Polyphemus atrox homines ubi devorat, atri
Tam torvum Brontes hi ſteropesque vident.

XIII.

Hiſtrio te torquet, zonæ ſectarius implet
Pugnis, vulneribus, ludio teque replet.

Tolle

Tolle tenebrosum sine re sine milite regem,
Turpis in arboream rex eat ille crucem.
Sic proceres clamant, personatique thrasones,
Sic reboat toto plebs rabiosa die.

XIV.

Mulio posticam, ferus excoriator, abactor
Ostendunt sannam, mimus & erro, tibi.
Ut veterator edis pugnas, ut verbera morus,
Infamemque subis sicut Epopta crucem.
O dolor ancipiti gladio penetrantior ! illa
Cor, mea vita, tuum, facta secantque meum.

XV.

Mellis congeries, mea Lux, quàm turpibus illex
Quàm te turba feris pingit imaginibus ?
Te ferulis pulsant, urentibus atque flagellis
Et tua teque replent tergora verberibus.
Tuber es, ulcus & es, quo conspicis, utq; leprosus
Diffluis à sputo totus & à sanie.

XVI.

Heu mihi quid jam sum ? quid sum nisi stipes acer-
Sto veluti nunquam saxaque sensilia. (nus ?
Undique te sanguis percurrit janthinus, implet
Teque manus loris militis & sudibus.
Puniceos sudat tua frons faciesque cruores,
Instar castaneæ, membraque cuncta, nucis.

XVII.

O trux conventus, scelerataque factio ! rumpor
Dum Domini video fata cruenta mei.
Heu decies morior ! te te dum specto repletum
Execrabilibus, Lux mea, vulneribus.
Vulnera plura geris, quàm quot suspensa volant
Hellespontiacum vela ratesque fretum. (per

XVIII.

XVIII.

Heu dolor! ut pavidis te defleo motibus? ô si
Jam possem, mea Lux, busta videre tua,
Te vellem lacrymis, mea Vita, perungere multis,
Sed timor imperitans illud & arma vetant.
Cadmæi siquidem fratres cinxere sepulchrum
Mille paludatis, te quoque militibus.

XIX.

Ferte rosas orcis & candida lilia plenis,
Corycidum matres ferte nurusque crocum.
Unguen aromaticum, stactes nardique liquorem,
Nataque sub Syrio balsama multa jugo:
Exterius quoque fas est hoc decorare sepulchrum,
Numen & omne sacrum quod decus intus habet.

XX.

Hic fontis sedeo lacrymans in margine, cujus
Ad vaga Jordanis flumina rivus abit.
Eructat niveas fons hic è gurgite gemmas,
Lucida de claustris ac alabastra suis.
Pluribus hunc lachrymis fontem signabo, perennis
Testis tristitiæ possit ut esse meæ.

XXI.

Sed quid littus aro? nunquam vaga flumina possum
Sistere, nec lacrymis te revocare meis.
Ærugo chalybem consumit, blattaque lignum,
Et lacrymæ vitam cumque dolore meam.
Ploratum satis est, non sunt mea Caspia rupes
Viscera, nec sensus ex adamante mei.

XXII.

Quid verbi vacuas mihi jam defertur ad aures;
Quid mussit stolidæ deblaterantque nurus?

Te fregiſſe tui, mea Vita, repagula clauſtri
Viſum non unis atque fuiſſe viris;
Inſuper has habeo nugas, nam quomodo vivus,
Antea qui fuerat mortuus, eſſe poteſt?

XXIII.

Quid non cantillat mulier nova frivola? quid no
In clauſtro mulier ſcitque videtque ſuo?
Scit mulier quid Thraces agant, qua voce Sirenes
Cantent, ſcit mulier quid Polyphemus edat.
Tinnula gens nimis eſt, multumque dicacula, cujus
Perpetuus labor eſt, nolle tacere, loqui.

XXIV.

O ſi vera mihi Crotaliſtria diceret! à me
Quid pretii quid non muneris acciperet?
Scilicet electos centum ſine Cornibus hædos,
Ac ovium totum, non ſine prole gregem.
Sed loquor incaſſum: nuruum ſunt ſomnia tanta
Noſtrarum, nec ade ſt teſtis idoneitas.

XXV.

Quando Paredonius ſua vertit cornua Nilus
Se noſtriſque ſuo flumine miſcet aquis:
Vaſtus ubi glomerat ſeſe cum Tygride Ganges
Et cum Myrtoo Caſpia Saxa freto,
Hæc licet eveniant, (quod non puto) non tamen illud
Crediderim, quicquid garrula turba refert.

XXVI.

Agmine deductum vidi te Centuriate
Conſtrictum manibus, poſt tua terga, tuis,
Vidi quo Judex Elephanto craſſior auſu
Peſtifero mortem deſtinat ore tibi:
Deſperata ſalus nunc eſt, vidique Sepulchrum
Unctum multorum fletibus, atque meis.

EJUS-

EJUSDEM PASTORIS
Dictata
de
RESURRECTIONE ET ASCENSIONE CHRISTI.

I.

HElleboro multo vir eget temerarius ille,
Qui quod iners mulier turbaque credit, ait.
Trux hodie si quem rapuit Libitina, cadaver
Cras erit in tumulo vas vacuumque suo.
Num nos turba boum vili de stercore natos
Aut de Cadmæis dentibus esse putat?

II.

Sub salebris quisquis spinisque ceciderit, iste
Ocyus illæso crure redire potest.
Sed camero si quem mors messuit horrida falce,
Non nisi post cineres seraque fata redit,
Sic olim Druydes, sic pulpita docta Cleantis,
Sic consanguineæ me docuere nurus.

III.

Non torrens supero qui fluxit ab imbrice, non quas
Nimboso latices sub Jove sorbet humus,
Non aqua quæ celeri se vertit ab æquore cursu,
Vere nec à Zephyro nix liquefacta, redit.
Credo reversurum mea me post fata, sed hæc cum
Fluxerit in priscum, machina tota, Chaos.

IV.

Interea rumor totam perdiditur urbem,
E tumulo vivum te rediisse tuo.
Pro nugis tamen hæc reputantur anilibus, omne
Ridet & hoc spretrix turba negatque Deum.

Tarpeii Patres, tumidoque Pilatus omaso
Conspergunt atro talia dicta sale.

V.

Dumque biceps ita me torquet sententia (magni
Nam sublesta fides rebus inesse solet.)
Tandem me dubium plures solantur amici,
Integrior Domini portio parsque mei,
Illi conceptis jurant te vivere verbis,
Lux mea, teque crucem vi superasse necem.

VI.

Vivus pars toties quod sis conspectus ab illis
Uno confirmat terque quaterque die.
Parsque cicatrices impactaque Vulnera narrat,
Pars majestatis signa notasque tuæ:
Pars epulas numerat, tua pars dictata recenset,
Pars abitum narrat, pars reditumque tuum.

VII.

Hæccine vaticinans mox ingressurus in Urbem
A te discipulis dicta fuere tuis.
Tridua post rursus vivum te velle redire,
Atque coæterni regna subire patris.
Delphica proscribis, mea Lux, oracula, nemo,
Nemo tibi similis par nec in orbe fuit.

VIII.

Fulvi non labor est venas scaturier auri,
Duraque callosâ frangere saxa manu:
Ducere plaustra boum, scopulos perarare, ligone
Et lacerare decem jugera, non labor est,
Ferre suisque trabes humeris: vim mortis is unus
Est labor indomitæ posse domare manu.

IX.

Nunc ibo pedibus, pedibus velocibus ibo,
A multro saliens ibo volansque meo:

Mille

Mille per ambages, per diverticula centum,
Cunctaque per tritas, compita perque vias.
Tabe licet pereat pecus, impaſtæque capellæ,
Si modo te nectar videro dulce meum.

X.

Quam miſer eſt ſylvis qui nocte perambulat, & qui
Teſqua per ignotum barbara carpit iter.
Sæpius errando nunc huc it, & huc it aperte,
Et metuit rictus ſæva Leæna tuos.
Spectra, lupos, hoſtes, formidatoſque lupercos,
Aut timet auritos aut fugit ille deos.

XI.

Multum ſollicitor, totis angorque medullis,
Quonam jam, mea Lux, ſit lateatque loco?
Num pater abduxit Tyrrhena per æquora Glaucas
Aut per Myrtoum te Lybicumque fretum?
Æthiopumne ſedes inter convivia, teque
Spectat adorandum Maurus Iberque caput?

XII.

Triſtis & extorris ſum circumcellio, ſolus
Inter populeas hic ſedeoque comas:
Ut lupus eſurio, qui luſtrat ovilia, linguam
Ut canis exurians Appula, ſic ſitio.
Elinguis dolor eſt, mea Lux, te velle, famemque
Atque ſitim, ſed non poſſe videre, pati.

XIII.

Solus Idumæis, fatuus velut ignis in agris,
Tota ſub pluvie, nocte pererro Iove,
Vado viciſſatimque cado, via ſordida nunc me
Dedecorat, nunc me foſſa paluſtris habet.
Phosphore ſtella veni, prænuncia ſpeſque diei,
Aut mors dura tuo me ſicilice mete.

XIV.

Viribus exhauſtis curſum pede metior ægro,
Preſſius atque mei ſpiritus oris abit.
Verberor à Zephyro nimis indignante, quot in me,
Phryx puer ê fæta nubeque fundit aquas?
Verbera num reddis, mea Lux, Zephyrosque tonan(tes,
Afflictosque mihi pro pietate pedes?

XV.

Longe te quæro, mea Lux, afflictius unum
Amiſſas rigidus quam quod avarus opes.
Excuſſi populos tot abhinc, caſtellaque, nemo,
Ah nemo Dominum vidit in Orbe meum.
Nunc eliſâ mihi ſpes eſt, heu deſperatum
Ulcus, ſubque meo pectore vulnus alo!

XVI.

Non te quæſitum per dena trinoctia vidi,
Et quæro mea te Stella Salutis adhuc:
Ludor? an in montis video te vertice ſurſum
Ocyus ætherei ſcandere tecta poli?
Magna beatorum præcedit copia, nubes
Ingens aligeri te ſequiturque chori.

XVII.

Nunc meus ad ſuperas aſcendit Amaſius arces,
Factus & omnipotens Præſul in Orbe fuit.
Hic poſthac ſceptro quatiente, ferocia nectet
Ponti Tartareo ſub Jove fata tibi.
Nunc ſuberis flammis ultricibus ipſe, licet ſis
Ter Rhodio melior milite, ter potior.

XVIII.

Cœli quot video circumvolitare Quirites,
Dum ſubis orcheſtræ celſa theatra tuæ?
Hic albis Juvenes errant mantilibus, illic
Coccineaque graves veſte togaque viri.

Iui-

Impletur reboans hymnis ingentibus æther,
Dantque peregrinum plectra fidesque sonum.

XIX.

Nunc ibi jaspideo perstringis lumine, quicquid
Conspicui radians Phœbus in Orbe videt.
Lucida deletis nunc hostibus, astra potenter,
Cum coacervatis mentibus ipse petis.
Ultra non currit Capricorni lampas Olympi
Limina, sed nullum laus tua limen habet.

XX.

Postquam te Cœli Respublica suscipit, & me
Tam subito comitem deseris ipse tuum.
Non armata manus nunc me, nec ahenea turris
Detineat, mea Lux, te sequor atque sequar.
Terra vale, sacros nunc advolitabo Quirites,
Largiter hic cœli gaudia quisque metit.

XXI.

Suaviter hic fidibus cantat Lesbous Arion,
Thrax ferit auratam Bystoniusque Lyram.
Hic rotat humano sua Carmina Daulias ore,
Hic canit harmonico gutture Sturnus avis.
Hic halant violæ varieque coloria prata,
Sicut in accensis thura Sabæa focis.

XXII.

Hic pia continuas agitat Galatea choreas,
Phyllis amatrici serta plicatque manu.
Hic instar vituli saliens incedit Alexis,
Et cum Virgineo Lesbia Nympha choro.
Lilia gemmiferis argentea plura canistris
Et niveas, triplex hic metit Hora, rosas.

XXIII.

Hic Thasio vites turgescunt nectare, floret
Suaviter hic omni Citria sylva die.

Hic Onychas inter Cyanos interque Smaragdos
Incedunt inter Jaſpidas Indigetes.
Aureus hic imber, mons hic Cypariſſiter, aër
Myrreus, æternum Corycidumque nemus.

XXIV.

Hic nemus heſperium, Syriæ pomaria, ſunt hic
Mille Damaſcenis jugera picta roſis.
Hic ſunt æternam facientia pomaque vitam,
Poma juventutis pharmaca perpetuæ.
Intemeratus amor, pax certa, ſerena voluptas,
Qualis falcifero ſub ſene mundus erat.

XXV.

Ventulus hic ſpirat, triſtes emancipat Euros,
Trudit & Æolias ad, tua dextra, domos.
Cinnameo ſtillant ſalices, arbuſtaque ſucco,
Manant Cecropii flumina mellis ibi.
Æris & argenti ſunt hic myrmecia, tantum
Effunduntur ibi, non numerantur opes.

XXVI.

Hic aliæ Charites, ſunt hic aliæque Camænæ,
Vates & dubio nomine quicquid habent.
Hic eſt divini vindemia nectaris, hic eſt
Incuſtoditæ meſſis & Ambroſiæ.
Sic fici dulces & eduntur amygdala, proque
Communi caſiæ bdellia ſuntque cibo.

XXVII.

Fas erit hic lætis vitam diſcurſibus omnem,
Et ſine perpetuos frangere nocte dies.
Pluribus hic ſtagnant fragrantia balſama rivis,
Aurea deque levi ceſpite poma cadunt.
Gaudia quæ non hic, ibi ſunt perfecta, ſed inde
Parcius hic melius qui loquitur, loquitur.

XXVIII

XXVIII.

Lætabundus eo, noctes ad teque diesque,
Dirigo navigii vela ratesque mei:
Grandævum, tua me, mea Vita, peto, vide, fructum
Viribus, abducant seminecemque virum,
Adque tuas ducant super acroceraunia sedes,
Longius hic tecum vivitur & melius.

TERTII PASTORIS ULTIMA VERBA AD S. JESUM.

ADmiranda quidem recitabat prisca Poësis,
Sed de personis Carmina displicitis.
Ilias œbaliæ meretricia continet acta,
Et Paridis spurcum cantat adulterium.
Nil in Odyssea legitur quam fœmina multis,
Inque verecundis pulchra petita procis.
Odit inexpletos quisquis perpendit amores,
Lesbia sive tuos, sive Corinna tuos.
Fabula saltatur prope nulla, Comœdia nulla,
Quæ non Idaliis sparsa sit illecebris.
Non ego lascivos veneror, sed abominor ignes,
Nec turpi mea sunt illita scripta Papho.
Quamvis Aoniis non sint ea lota fluentis
Omnia, Cecropio nec bene sparsa sale.
Hæc tibi quando placent Nazareo Carmina regi,
Æterno quoque me Daphnide laurus obit.

EPITAPHIUM
Trium Paſtorum Bethlehemiticorum.

Continet inſigni tres hac pietate celebres,
Et paſtoritios parva capedo viros.
Illi ſunt Pharia teſtes de Virgine natum,
Poſt pecudes media nocte fuiſſe Deum.
Hunc manibus ſtrinxere ſuis, huic oſcula ſæpe,
Pluraque curvato dona tulere pede.
Hujus cantabant ter nomen amabile nomen,
Et laudes Calebra nocte dieque lyra.
Si meritum meritis penſatur, pulvis eorum,
Et cinis aurato dignus erit loculo.

Liber ad Lectorem.

Absque Deo, ſi quis me legerit, odit, ut ipſe
Odit, ſi fuerit, te Deus, absque Deo.

Ad Lectorem.

Ne ſis ſollicitus, cur non eliſa ſit ulla
Vox, aut in noſtris ſyllaba Carminibus?
Hoc tibi ſi vitium (nihil eliſiſſe) videtur,
Tota penes durum cauſa ſit Orbilium.

EPI-

EPIGRAMMATUM
LIBER SEXTUS
CONTINENS
VARIA.

EPIGRAMMATUM LIBER SEXTUS
CONTINENS
VARIA.

I.
Ad Lectorem.

UT mala structa domus mea sunt Epigrammata, quisquis
Præterit hic aliquid, quod reprehendit habet.

2. *Ad Deum.*

Quod sis, & quid sis, scio, nescio, me tua verba
Hoc, mea mens illud judiciumque docet.

3. *Ad Ducem Militiæ.*

Non mihi facta placent Turni, dum plurima quam
Vel majora Maro, vel meliora facit. (sunt
Major es, & longe melior Dux inclyte Turno,
Sed mea sunt factis verba minora tuis.

4. *In Funere Ejusdem cum multum plueret.*

Jam scio bullatis hodie cur imbribus æther
Fleverit & densas iverit in lacrymas?
Astra cupiverunt & Olympica Climata mecum
Largiter in magni funere flesse viri.

5. Nuptiis Illustribus Vinariæ die 5. Julii Anno 56. celebratis.

I.

LIlioli candor, centum pulcherrima Nais,
Quæ virtutigenâ laude theatra reples:
Cujus & hesperio perfudit aromate Vultum,
Excoxitque suo Cypris ab Ambrosiâ,
Sponsa quid Illustris voti penetrantis Olympum,
Quid ferat hæc Clio laudis Hetrusca tibi?

II.

Daulias inplumes ubi verna relinquit alumnos,
Hisque sub arenti pabula quærit humo.
Ingemit absentem strepidoso murmure matrem,
Et revocat toto, turba minuta, die.
Numne vocat sic te quoque Sponsus amorifer, ulnis
Imitùs inque tuis incaluisse gemit?

III.

Jaspida quicquid enim Superum Domicilia pulchri
Spectant, aspectu proditur omne tuo.
Assyrio per te minor est Sapphirus in auro,
Et quæ per vitream purpura splendet aquam:
Ut minium per ebur facies tua fulget, Iachi
Ut rosa coccineo quæ natat in latice.

IV.

Nec Rhodopéa tibi nix atque Caystricus ales
Par est, nec niveo tincta colore rosa:
Ebria Tænario vestis nec murice Solis,
Et matutinus qui præit ore rubor:
Non generata solo quot erunt Corallia, totam
Te per pulcra suo lavit in amne Charis.

V.

Iris multicolor, celebris tua fama, tuumque
Fragrat, ut unguentum nomen aromaticum:

Ore pluis Nectar, tua sunt Emblemata risus,
Risus Idaliæ blanditiæque Deæ.
Instar sunt Gnidiæ tua lumina pura Minervæ,
Æqua Dioneis & tua labra rosis.

VI.

Sed tamen in te plus Sidus radiatile (vitæ
Quæ trahis à magnis Ordia Semideis.)
Censetur Pietas, Virtus atavitaque, densis
Quam quot habet numeris India margarides.
A te tamque fluit morum sincera venustas,
Amnis ut è scatebra purus Acidalia.

VII.

Errat qui brevibus blaterat metirier ulnis
Astra, lacumque fretum dixerit Adriacum.
Hac in censura mea sunt Idyllia, laudes
Ipse tuas infra quod loquor, omne loquor:
Pæta Venus, maris est tua laus ingentis Imago,
Quod quo plura bibit flumina, plura sitit.

VIII.

Inde tui facibus succensus amoris, amorem
Infractamque tibi destinat ille fidem:
Sponsus, septena genitus de stirpe virorum,
Orbis & Imperii qui moderamen habent.
Quem vastum laudis spatium, quem gloria perpes,
Scriptaque quem celebrant omnia, nulla satis.

IX.

Ingentes animæ, dextro quos oscine, quasque
Magnus amorifluo fœdere jungit Hymen.
Fausta sit & fœlix hæc combinatio, sic &
Germinet indultu cœlite vester amor:
Flava coloratis ut vitis amicta racemis,
Inter ut Idalias Citria mala rosas.

X. Vi-

X.

Vivite longævæ cornicis secula, firmo
Glutine vos æstus cingat & unus amor.
Ipse maris Triton strepitus proscribat & æstus,
Vosque vehat facili Glaucus in amne via.
Agmina circumdent vos astrica dena, perennis
Floreat in vestro pacis oliva thoro.

XI.

Nunc duplicate manus: genitrix Æneia vestrum
Floribus & Cilico spargit odore thorum.
Cœlicolæ rident, & opacæ lumina noctis,
Vota ferunt orsis innumerata novis:
Tota sonat lituis Citharisque bicornibus Aula,
Hymnus & ad Cœli limina noster abit.

XII.

Filioli Candor, centum, pulcherrima Nais,
Quæ Virtutigena laude theatra reples:
Cujus & hesperio perfudit aromate Vultum,
Excoxitque sua Cypris ab Ambrosia:
Sponsa quid Illustris voti penetrantis Olympum,
Quid ferat hæc Clio laudis Etrusca tibi?

6. De Calamo Scriptorio.

I.

SErvat Eleusiniæ tua lingua silentia Matris,
Et tua quæ loqueris verba tacendo facis.

II.

Vocis es humanæ soror & pars altera linguæ,
Interpres animæ, semper imago meæ:
Quæ pro me loquitur, quæ mentem, sed sine mente;
Quæque gerit linguam sed sine voce meam.

III.

Legatus meus es, qui sæpe salutat amicos,
Atque meus rogitat sæpe quid Ignis agat.

Oscula

Oscula quique viris infligit plurima doctis,
Nectar & è libris colligit omne meis.
Salve muta meæ Vox elinguisque Camœnæ
Dictator! fine te non ero, donec ero.

7. De
ARCE WILHELMINA,
à
Sereniss. Principe
Dn. WILHELMO, Duce Saxoniæ &c. Vinariæ noviter extructa.

I.

MEns cognata polo, Princeps WILHELME perennis,
Cujus amica super Sidera fama volat.
Cujus Ser & Apher cantant præconia, cujus
Parta trophæa suo Marspiter ore canit:
Cujus & ora tonant irata metallica, cujus
Hostis adhuc gladium, miles & arma timet.

II.

Nunc postliminio pax quando reducitur, omni
Contemptimque jacent miles & arma loco:
Sumptibus ædificas multisque paratibus arcem,
Ornatamque nova nobilitate domum,
Hæc tua Pyramidum vincit structura labores,
Quodque supra Lunæ Cornua tendit opus.

III. Te

III.

Tenvia priſcorum miror Domicilia, ceſpis
Quorum congeries ulvaque vilis erat.
Nunc ubi ſucceſſit gravis experientia, quærit
Ornatus docili quilibet arte novos:
Ille ſibi Phario de marmore conſtruit ædes,
Hic ſua Spartano tecta magiſterio.

I V.

Sed tua ſtructa Domus Splendore Palatia centum
Vincit & ornatu mille theatra ſuo.
Jaſpidis hic inſtar fulgent laquearia, rident
Mille Teraphnæis atria blanditiis.
Aurea ſunt intus Conclavia multa, ſed extra
Splendet olorino tota colore Domus.

V.

Mirus es in rebus ſubtilibus indagandis
Arcis uti clamant tot monumenta tuæ.
Non vafer Architas, celebri nec Dædalus arte,
Nec tam Praxiteles nobile ſtruxit opus.
Non Geta tale videt nec Cres Paradigma nec Aſtur,
Ipſe nec in Celeri Sarmata dives equo.

V I.

Vere quot apricis amicitur floribus hortus,
Nocteque ſtellatus Sidera ducit apex:
Ad tua tot volitant homines Triclinia viſum
Artifici quam ſint omnia facta manu?
Grande rudimentum, Tyrios pars conſpicit antes,
Parsque nitens auro limen amazonio.

V II.

Pars de Porphyrio conclavia marmore laudat,
Sculptaque cum croceis pars ſimulachra tholis:
Pars admiratur celebres in pariete Vultus,
Pars lapides jurat vivere, pars Statuas.

VVIL-

VVILHELMINA domus, tua tam concinna venustas
Ire per & populos te facit & maria.

IIX.

Hic quoque Justitiæ locus est, bene quâ sine nemo
Vivere nec major nec minor ordo potest.
Bartolus & grandi sedet hic cum Codice Baldus,
Totque graves alii cognitione viri.
Omne nefas illi patrio pro more flagellant,
Enseque perstringunt omne rotaque scelus.

IX.

Illi conciliant pactis concordibus hostes,
Discordesque ligant pace fideque viros.
Sicut erat fortis Menelaus tutus ab hoste,
Tectus præsidio magna Minerva tuo:
Sic facit illorum vigilax industria, quemque
Tutius in propria vivere posse domo.

X.

Nec te prætercam templum, ter amabile templum,
Quod media plus quam Jaspis in arce nitet:
Non Apis Idolum boat hic, nec Juppiter Ammon,
Non obscura loquax verba Sybilla facit:
Sed pax, inconcussa salus, mundo meliorque,
Hic Pietas, candor regnat & omnis amor.

XI.

Hic sacer in longa Vates stat veste, Superni
Nomen & aspectum Sideris instar habens:
Ille graves caussas, & avitæ Verba salutis
Explicat, & roseas signat ad astra vias.
Hæc &, quæ lapides possent animare, sepultis
Et pariter vitam reddere, verba facit.

XII.

O quibus alloquiis tua me monitoria noctes,
Et quibus alliciis verba diesque trahunt?

Hæc

Hæc mihi Cinnama sunt mel & simul omnia, succus
Hæc mihi sunt vernæ nectareusque rosæ.
Dilige Virginei Sacra dogmata verbaque Christi,
His sine qui fuerit nil nisi pappus erit.

XIII.

Organa quin etiam constructa loquacia nuper
Magna secuturæ semina laudis habent.
Hoc ego nil vidi perfectius, omnis inerrat
Hujus in aspectu gratia,norma,decus.
Quis fuit hoc qui tam construxit amabile plectrum,
Certe quadrificus ille fuit Musicus.

XIV.

O quos concentus per dissona,dulcia quotque
Immiscet socius plectra fidesque chorus?
Stamina pars Citharæ, pars Lesbia barbita pulsat,
Pars movet erranti Thracia plectra manu:
Pars canit ornato mellita Poëmata versu,
Pars ferit auratæ fila canora lyræ.

XV.

Nuper ubi farctas doctis accentibus odas
Audiit in templo Cantor Apollo novo:
Dulce quidem dicit juncosa per æquora Cygnus
Daulias,& suavi voce Thalia canit:
Sed VVILHELMINI celebris Symphonia templi,
Vincit aves,docta vincit & arte deas.

XVI.

Sed latices nolo lymphis fluvioque salivam
Addere,res satis hæc me sine teste liquet:
Vive diu felix Princeps VVILHEME, sereno
Natalis redeat sidere sæpe tuus.
Cynthia falcatis hinc & dum cornibus inde
Ibit,erit vivax nomen in Orbe tuum.

8. In

8. In Obitum

Viri Nobilissimi

Lessus.

I.

QUæ nova tempestas, fera quæ spectacula vultum
Infestant, animum dejiciuntque meum?
Est mea fons facies, de qua mihi flumina cursu
Non sine singultu perpete bina fluunt.
Quid mea frons nisi mons est ater & alter olympus,
Quæ mea perpetuis imbribus ora rigant?
Has hodie lachrymas nisi castigavero, cogor,
Cras ego præ lachrymis præque dolore mori.

II.

Sed quid tot gemitus tempestatesque nivosas,
Quid mihi tot pluvias excitet & lacrymas?
Groskius occubuit, niveis quem nostra quadrigis
Nuper ad excelsum duxerat aula locum.
Qui Virtute Pharos fuerat Memphatica, qui cor
Principis & toto lumen in orbe fuit:
Gallus & Ausonius, quem mirabuntur, at udis
Nunc oculis deflet Gallus & Ausonius.

III.

Groske decus mundi, tibi quid contingit honoris,
Dum Libitina truci te sicilice metit?
Ad tua cœlestes concurrunt funera Divi,
Carminibusque tuum nomen ad astra ferunt.
Præses & Aonidum Tymbræus Apollo Sororum
Inscribunt tumulo talia verba tuo:
Non videt & vidit centum pluresque per annos
Sol oriens talem, Sol moriensque virum.

IV. Q

ur pariunt fontes amnes, fluviosque perennes,
Et salit æternus Rhenus & Albis aquis?
oc facit Oceanus, qui passim quicquid aquatum
Suscipit, hoc tribuit fontibus omne suis:
ed dum bina vomunt mea lumina flumina, quæ me
Et mea tam multis fluctibus ora replent:
on facit Oceanus? sed nil nisi fletus amarus
Mœror & immensus luctus ut Oceanus.

Ad Amandum Civem infamem.

nvitus Dominum voco te, nam sentio quod plus
Sis Dominæ servus quam Dominæ Dominus.

Floræ Uxoris Amandi Encomium.

ur adeo Physici jactant mysteria fontis,
Quæ mutat salices, vertit & in silices.
æc quoque Flora potest, quæ clam bona resque mariti
Mutat in argentum, vertit & in nihilum.

Ad Amandum.

ro vina bibis, vomis, insanisque, sed istud
Uno sæpe die bis tua Flora facit.

Ad Militem.

is licet agricolis truculentior histrice sævum,
Nilque nisi Martis fulmen in ore geras:
castris tamen es agno mansuetior, hostem
Hic fugit, at spinis vulnerat ille suis.

Ad Floram.

t mensura tuæ pars addictissima vitæ,
Dum cum mensura nil sine, cuncta facis.
on sine mensura stas, incedisque sedesque,
Divite mensura non sine veste nites:

Non

Non ſine menſura veluti Charis altera rides,
Menſura loqueris non ſine, quicquid ais:
Extra menſuram tamen eſt, ubi ſæpe vir oris,
Menſuramque tui corporis alter habet.

Ad Eandem.

Nil ſi non aderit tibi linea recta videtur,
Sicut id inprimis optica verba docent.
Anne Deum neſcis tua facta videre, videntem
Omnia, quæ mala tam curvaque multa facis?

9. Ad Aſtronomum.

Plurima ſcis aſtris quaſi clam dictantibus, ipſe
Ex aſtris fletus, bella metusque notas.
Ex aſtris pluvias, ex aſtris fulmen & æſtus,
Ex aſtris Boreæ flabra nivesque vides.
Non tamen ex aſtris tibi conſtat, quam tua ſæpe
Fœmina te ſpurco fallat adulterio.

10. Ad Amandum.

Nil non Flora facit, nunc net, nunc fila coherceet,
Nunc quatit in miſerum lina, columque virum.

Ad Eundem.

Somnia, ſic blateras, mea ſunt oracula dulcem
Plurima per ſomnum peneque cuncta ſcio.
Sed tua dum frangit tot Flora libidine noctes,
Cumque procis te clam paſcit aqualiculum.
Hæc tibi nulla ferunt triſcurria ſomnia: Vanæ
Somnia non ſanæ plurima mentis habes.

11. De Criſpo Philoſopho & Fatuo.

Eſſe Deum fatuus concedit, avernaque credit,
Sed ſapiens illud Criſpus utrumque negat.

Est igitur fatuus Crispo sapientior, atque
Sic Crispus fatuus fit, fatuusque sapit.

12. De Tabaco ad Militem.

Barbara te plantat gens, te gens barbara vendit,
Barbara vis in te barbariesque latet.
Hinc qui te sorbet plus sorbet barbariei,
Multaque barbarie barbariora facit.

13. Ad Militem.

Nil animalis adest, quod non Ædilis Olympi
Impleret pastu, pane ciboque suo:
Hinc fures lenta jugulantur cannabe, corvi
Ut rumen possint inde replesse suum.

14. Ad Astronomum vicinum.

Quæ procul à te sunt scis, nescis quæ propter te sunt:
Nonne tuas pecudes jam rapiunt equites?

15. Ad Eundem.

Quid blateras Martem bellum producere? Martis
Nec vis nec stimulus sufficit hoc ad opus:
Relligio bicolor, fortuna, potentia magni
Regis, & invictum Cæsaris imperium:
Hæc tria crudeles aspectus, bella cruentas
Lites, & plusquam jurgia Thusca parant.

16. Ad Studiosum.

Otia blanda nimis, nil justa negotia curas,
Infamique studes te maculare luto.
Ludis, amas, clamas, obscœna Poëmata cantas,
Pluraque jam nivea cum meretrice facis.
Interit interea, tua gloria fama tuæque
Virtutis cumulus, patris uti tumulus.

17. Con-

17. Contra Astronomum, ad Virum Clariss.

Indoctum fore te sibi vult Horoscopus, artes
Ipse tamen magna cum pietate doces.
Nil valet hæc igitur cœli Positura: vel ipse
Artes non calles, nec pietate cales.

18. Ad Floram Uxorem Amandi.

Auro Flora sedes, bibis auro, dormis in auro,
Auri multa tua fragmina veste geris.
Aurea plura tuis offers clam dona ministris,
Aurea dasque tuo nil nisi verba viro.
Aurea teque penes sunt omnia: nescio num sis
Auri vel genitrix, aurea vel meretrix?

19. Miles.

Sunt mea quæ tua sunt, mihi quicquid aratur, aratur,
Quod seritur seritur, quod metitur, metitur.

20. Ad Fratres dissimiles.

Ille parum barbæ, multum gerit ille, sed ille
Vir gravis est mento, mente sed ille levis.

21. Ad Amandum.

Deflorata diu clamat tua Flora frequenter,
Te quod constanter non simulanter amet.
Perque deos omnes Tarpeia fulmina jurat:
Hæc toties quoties credis Amande furis.

22. Ad Militem.

Conjuge non una, non una pellice vivis,
Non unaque colis relligione Deum.
Sæpe tuos lædis non uno vulnere fratres,
Non unoque patras furta necesque modo.

Fra-

Præmia pro tali ſed ſi tibi danda labore
Non tibi ſufficiens Tartarus unus erit.

23. *Ad Amandum.*

Mutua ſæpe tibi tribuit ſeſtertia miles
Fænore proque cupit proque labore nihil.
Illud habet mulier tua formoſiſſima penſi,
Impenſumque ſuo corpore penſat opus.

24. *Ad Ebrium.*

Vaſtas tot vaſtas vinique merique diotas
Et majora bibis pocula ſeſquipede.
Exuit hinc omnem tua mens tua lingua pudorem:
Te fugio, quoties te, ſine te, video.

25. *Ad Servum Infidelem.*

Illos jura volunt gladio decreſcere, turpi
Qui cupiunt loculos creſcere fraude ſuos.

26. *Ad Vicinum olim militem.*

Qui multum ſceleris qui turpia multa patrabat
Ducebatque pari fasque nefasq; modo:
Qui gladio multos tormenti puluere multos
Sæpe trucidabat nocte dieque viros.
Nunc inſtar famuli famulæque domeſtica curat
Et quicquid mulier præcipit omne facit.
Quin quoties ipſum mala fœmina quærit, an ejus
Sic mollita ſatis vita ſit? inquit ita.

27. *Amandi Pietas.*

Oratum quamvis abiturus Amandus ad aras,
Spondebat diuis ſobrius eſſe ſuis:
Hinc tamen appotus ſic ibat & ebrius, ut quod
Fecerit, & biberit jam prope neſcierit.

28. *Ad Pellicem Amandi.*

Me miseram clamas ! sum fæta, beatior esses
  Fæta tibi si pro ventre crumena foret.

29. *Ad Cererem.*

Me ruris reditusque cibat pecoris : meus inde
  Plus lactis quam qui sanguinis hædus habet.

30. *Ad Garrulum.*

Mille jocos recitas inter Convivia, nugas
  Festinosque tuos conjicis esse sales.
Sal est raro sales dictis inferre, venenum.
  Est salis in parvo copia magna cibo.

31. *Ad Planetarium.*

Hoc sit semper eis stella sic stante, sed eheu
  Alme quam tua sunt astra remota procul ?
Actio contactum poscit causamque propinquam
  Non calet ille procul quisquis ab igne sedet.
Sextilis nihil est, cælique quadratus, id omne
  Non fecit Dominus, finxit id Astronomus.

32. *Fortuna.*

Vertis & invertis pervertis & omnia, servus
  Jus habet & dominus, primus & imus idem.
Hinc te Vertunam fortunam nomino, nomen
  Hòc à vertendo pendula diva geris.

33. *Ad Amandum.*

Qui fueras primis olidus scortator in annis
  Nunc quoque fastidis scorta lupasque fugis :
Sed tua jam mulier quod compensatio juris
  Postulat, hoc quicquid non potes, omne facit.

34. *Ad*

34. *Ad Amicum lites exercentem.*

Est velut Oceanus Juris Prudentia, cujus
Commoda vix poterit garrula fama loqui.
Ille rigat mundum tot fontibus, atque refundit
Quas homo quas poscit mundus & usus aquas.
Hæc regit effrenem strictis tot legibus orbem,
Et tribuit cunctis jusque decusque suum.
Te tamen oppressum, si jus non erigit, illud
Num sequitur quod Jus sit velut Oceanus?

35. *Ad Hospitem rixosum.*

Quid cædes loqueris, glandes lapidesq; volantes
Torque mihi nigro cum sale bella moves;
Hospes ut hospitibus præbet bona plurima, sic hoc
Postulat omne suis hospes ab hospitibus.

36. *Ad St.*

Hic qui multa tulit, merito laudatur, at hæc quæ
Te multosque tulit, nil quod amatur, habet.

37. *Inconstantia.*

Ut rota carpenti variantur cuncta, nec ulla
Esse solet constans res stabilisque diu.
Sola tamen constans manet inconstantia, multos
Hæc Dea perpetuo fallit in Orbe viros.

38. *Flora.*

Quærit opes, & opes acquirit Amandus, opesque
Plus amat & fœdum quam diadema lucrum.
Multa sed his apinis mala Flora precatur & omne
Lucrum campano perdit opesque mero,

39. *Ad Eundem.*

Sis pius in tabulis superûm tua facta notantur,
Ut notat in tabulas debita quisque suas.

40. *Ad Legiſtam.*

Mille Camelorum Jus eſt opus : hinc tibi magno
Eſt opus Ingenio, ſi teris illud opus.

41. *Ad Bellam, militis mei uxorem.*

Bella tuum nomen, non bellè Bella vocaris.
Nil ſiquidem belli Bella bonique facis :
Ut canis oblatras, rugis ut Leo, ſævus ut urſa,
plusque lupo comedis, plus bene Bella bibis.
Hæc ſi quinque tuo cum junxero nomine, nunquam
Bella ſed informis BELLUA prorſus eris.

42. *Ad Criſpum Philoſophum.*

Corrigit antiquos Criſpi ſapientia mores,
Odit quæ laudat, quæ reprehendit, amat.

43. *Ad Amandum*

Deſipit hic Aſinum qui vult ſuper aſtra locare,
Ac inter doctos te numerare viros.

44. *Ad Servum.*

Clepta manus ſteriles affert, gravidasque reportat,
Sed facit hunc ſterilem crux, laqueusque gravem

45. *Ad Amicum.*

Cur quatis in fratrem Convitia, ſi quid in illo
Labis & humani criminis eſſe vides ?
Vix ea Centimanus Briareus, oculatus & Argus
Quæ facienda videt, quæq; videnda facit.

46. *Ad Mendacem.*

Dicis, nilque facis : quam diſtant Veſper & Ortus,
Tam procul hæc à ſe, dicere nec facere.

47. *Ad Amandum.*

Plus quam bufonem faciles tua Flora labores
Et supra pestem lina columque fugit.
Lectum, Vina, merum, lusus Convivia laudat
Et sic sat quot amat Flora quot odit habet.

48. *Ad Poetam.*

Lenta tuum miserè consumit inedia corpus,
Vix quatuorque potes ire redire gradus:
Ipse tuas Boreas destruxit & Africus ædes,
Et tua non tresses continet arca duos.
Et tamen Eoas vincunt tua carmina gemmas:
Ars mihi, non tua Sors, nec tua vita placet.

49. *Gener ad Socerum.*

Omnia degenerant, Cadmeia prælia miscent
Cum generoque socer cum Soceroque gener:
Degener ille Socer Generum deglubit, ut hostem
Hinc odit Socerum degener ille gener.

50. *Ad Faeminam.*

Os effers super astra, tuam faciemque, sed in te
Lingua quod affirmat, Vultus id omne negat.

51. *Ad Juvenem, mense Decembr.*

Si calor in lignis potis est expellere frigus
Hæc duo ceu certant frigus & ipse calor
Frigora cur pateris plus quam Rhodopëia, cum te
Jam plus quam Siculis ignibus urit amor.

52. *Amor ejusdem,*

Sanus & infirmus pariter sum, tam mihi nox est,
Quam mihi tota dies irrequieta quies.

Nil facio, facio quamvis ego plurima, ſanæ
Nil mea mens mentis, nil rationis habet.
Nec Medicina poteſt ullam mihi ferre ſalutem,
Tam meus in lignis ardet ut ignis amor.

53. *Fortuna.*

Sobria ſic fuerit fortuna nec ebria, multos
Ad loca prima bonos ducit ad ima malos.
Sobria quando tamen fortuna ſit ebria multos
Ad loca prima malos ducit ad ima bonos.

54. *Ad Candidum.*

Sis nive ſisque licet cygno formoſior omni,
Atra tamen tibi mens eſt animusq; niger.

55. *De Divitiis.*

Anxia cura labor, mœrorq; dolorq; timorq;
Sunt tua ſi vanas præmia quæris opes.
Magna tuæ ſunt hæc animæ tormenta, trecenta
Quæ vel plura tibi ſævaq; damna parant.
Sunt in divitiis mala plus quam ſontica: nolle
Divitias, magnæ ſunt quoque divitiæ.

56. *Ad Amandum.*

Ter quater abſolvit curſum vaga Luna per annos:
Ipſe tuum quovis cum meretrice die.

56. *Aſperitas militiæ.*

Qui canibus dentes dirisq; Leonibus ungues
Quiq; dedit valido cornua ſæva bovi:
Hic hominem nudum penitusq; creavit inermen
Mitior ut rabidis ſit meliorq; feris.
Quando tamen gladio ſe cingit & arma capeſſit,
Fit Siculis pejor deteriorq; feris.

58. *Ad*

58. *Ad Crispum sua de barba pent prolixa.*

Non latet in barba dulcis Prudentia, barbam
  Nil cerebri, barbam nil nisi Crispus habet.

59. *Ad Poëtam.*

Ursa parit fætus difformes simia turpes.
  Bestia turpis enim turpia monstra parat.
Asse malo turpes dignos non judico versus
  Sed tamen informes quot mea Musa facit?

60. *Ad Avarum demortuum.*

Cum dare sit multo melius quam sumere, frustra
  Immemor illius, sed memor hujus eras.

61. *Ad Amandum.*

Nil non complicuit tibi Flora doloris, ubi se
  Explicuit multis implicuitque viris.

62. *Ad Floram.*

Si tibi quid morbo faciendum sæpe laboras
  Nec trepidi cupiunt te tolerare pedes.
Sed si nocturnis indulges saltibus, Euro
  Lenior es pedibus Flora volasq; tuis.

63. *In Album.*

Si fueris constans & fidus amicus amico,
  Re facis obstrictum te mihi, meque tibi.

64. *Filius de duro Patre.*

Vellem Thespiadum dulces quoque visere cœtus,
  Illarum dum me castus adurit amor.
Sed quia clam nummos aurumq; recondis, & ad me
  Te nihil argenti dicis habere pater.
Cecropias cogor doctasq; relinquere Musas,
  Sic tua durities fit mea pernities.

65. *Ad Obliviosum.*

Fac ut agas quicquid ſpondes, quia verba cadaver
Sunt ſine re, caſſa vix quoque digna nuce.

66. *Ad Nobilem.*

Quid faſtus? quid honor? quid opes? quid gloria mundi?
Sunt velut umbra levis, nomen inane, nihil.
Vanaque fortunæ mendacia: nobile ſed quod
A virtute decus manat, in Orbe manet.

67. *Ad Ægrotum.*

Si male quis moritur, moritur, dum tranſit ad Orcum
Sed nunquam moritur ſi bene quis moritur.
Sancta ſed in ſupero celebrat Soteria Cœlo,
Tam bene tam male ſe res morientis habet.

68. *Ad fœminam avaram.*

Aurea nuper eras, ſed nunc es ferrea, ferrum
Ex auro fieri qua ratione poteſt?

69. *Ad divitem.*

Nil das pauperibus, nihil & paſtoribus, illud
Non implet loculos, deplet utrumque tuos.

70. *Amandus ad Nonariam.*

Mulſa diu quid me remoraris? amemus, amemus,
Quod pecus eſt quod non prurit & urit amor?
Omnis fortunæ creſcit mihi copia, tantum
Si potero binis ſtringere te manibus.
Fac ut ames hodie, dulcis mea Salgama, ſæpe
Cras fit amor mæror, cras fit acerbus amor.

71. *De requiſitis Amicitiæ ad Amicum.*

Si mea ſunt tua, ſi tua ſunt mea, cogeris ergo
Debitor, & rurſus Creditor eſſe meus.

72. Ad

72. *Ad Amandum.*

Uxorem quæris,quæ contra spemq; fidemq;
Decipit & spurco fallit amore virum.
Sed quid opus plures percurrere nocte plateas?
Invenis hoc quicquid quæris Amande domi.

73. *Ad Vicinum de diversis Uxoribus.*

Hæc thalami solers Ariadna domusque Columna
Illa tibi contra dura Megæra fuit.
Hæc tibi mel mulsum tibi nectar, at illa Venenum
Hæc polus, Infernus sed fuit illa tuus.

74. *Æstas & Hyems.*

Edit ver segetes frumentaq; plurima, sed quod
Ver dedit, asper hyems cum redit, illud edit.

75. *De Milite Vicino.*

Arcas quidq; domos manibus spoliavit avaris,
Vileq; de sacra fecit equile domo:
Nunc præter vacuum, renovata pace, salillum
Nil habet, & veluti vile suile domum.

76. *Ad Musicum.*

Multa canis vanis de rebus, amabile Vitrum
Deligis & placidum ceu diadema merum.
Hinc tua mensa nihil pastus tibi præbet & esus,
Nil oleris, ciceris, nil faba fressa salis.

77. *Ephemeris Amandi.*

Debeo bina coquo sestertia, trina Chorago,
Sed drachmam medicis, mille talenta lupis.

78. *De Tabaco.*

Noxia quæ mundus quæ fætida portus & Orcus
Tartareusq; lacus cuncta Tabacus habet.

79. *Ad Amicum.*

Cuncta facis quicquid Junior tibi fœmina dicit,
Sed quod anus senior suadet, id omne fugis.
Rem facis absurdam, nam Jura Deusq; requirunt,
Ut plus quam Junior sit quod agit senior.

80. *De fulmine ad Impium.*

Sis pius alta minæ cœli sunt fulmina, raro
Mundus, at æternum fulmen Avernus habet.

81. *Ad Astronomum.*

Horrida quæ bibulis affligis pocula labris,
Otia, quæ frustra teque perurit amor?
Hæc tria lethæum generant arctantq; Trigonem.
Pestem, pauperiem, perniciemq; tibi.

82. *De sua Testudine Studiosus.*

Quando suo vastos attraxit Carmine montes,
Orpheus & placida saxa ferasq; lyra:
Illa Poetarum mysteria totus adoro
Et colo deflexo poplite quando lego.
Et licet attractrix ea vis absurda videtur,
Attamen illa nihil non rationis habet:
Dum sine fraude mea Testudine mille puellas
Flecto, traho, retraho, qua ratione volo.

83. *Fortuna.*

Non adeo Protheus fuerat variabilis olim
Ut sunt fortunæ res & in Orbe vices.
Quæ tua sunt hodie, fera cras ea pestis & ignis
Frausq; dolusq; rapit, fronsq; striata capit.

84. *Amandus & Fatuus.*

Octo paludatos capulotenus inquit Amandus
Hoc ego perfodi fortiter ense viros:

Falsa

Falſa refert Fatuus tua verba videntur, at illa
Nunc ubi veridicum ſiernuis omen habent.

85. *Ad Nautam.*

Sunt avis & navis per ſe diſtincta, ſed unum
Sunt & idem certo navis avisq; modo.
Nam fugit & volitat tua concertantibus alis,
Non aliter navis, per mare ſicut avis.

86. *Ad Corrivalem.*

Sæpe rogas æquis cur te non ignibus urit
Atque minus quam me, te mea Cloris amat.
Eſt tam læta tibi facies & amabilis, ut te
Jurent non hominem bruta, ſed eſſe feram;

87. *Amandus & Fatuus.*

Nuper Amandus ait; vidi Mareotica craſſo
Corpore cornutos ire per ora viros:
Quid peregrina refers Fatuus reſpondet, & ipſe
Hirta ſub extrema cornua fronte geris.

88. *Ad Geometram.*

Alta ſapis, cæli ſcrutaris ſidera, ſcisq;
Qua ſol quaq; via Luna bicornis eat.
Tam freta metiris quam vaſti climata mundi,
Tam ſaltum pulicis, quam ſtrepitum culicis.

89. *Ad Virginem craſſam.*

Paſſibus incedis lentis ut Volſca Mamillon,
Et corpus tumidum craſſaq; membra geris.
Illud amabilitas dulcis poſcitq; venuſtas,
Ut membris facilis virgo ſit & gracilis.

90. *Ad militem modo Sponſum.*

Felicem fecit mea me Fortuna, deditq;
Plures inquis opes delitiasq; mihi.

Cretica cum nupta bibo conjuge vina, ferinas
Carnes, anguillas præter edoq; nihil.
Sponsa senectutis tamen est tua depontanæ
Casca, vacillanti carpit iterq; pede.
Te miserum potius fecit fortuna tuisq;
Cras hodieq; potest te spoliare bonis.

91. Amandus ad Floram in Militiam abeuntem.

Hæc ululans ad te quæ scribit verba maritus
Non obiter non hæc mente volante lege:
Quis malus è nostris modo te complexibus error
Abstulit èq; mea jussit abire domo?
Hoccine pacta fides uxor malefida requirit
Et conjuratæ fœdus amicitiæ?
Scilicet irruptis juncti sumus ambo catenis,
Nec nos dissidium solvere vile potest.
Ebriolus sum sæpe quidem, concedo, medentur
Vina, merum curis Ebrietasq; meis.
Sunt mea quæ plures lacerant Vineta coloni,
Sunt mea quæ toties non tua vina, bibo.
Dulcia non generant tua prædia Vina, tuisde
Palmitibus relevat nulla cicada sitim.
Sæpe meâ non sum quoties bibo spontis, & ipsa
Sæpe meæ veluti Chremes in æde tono.
Non in porticibus scriptis legiturq; Platonis,
Inq; nec augusto codice quid sit amor?
Ludus & Hippodromus thorus est, schola publica, verus
In qua quid valeat sitq; docetur amor.
Dulcis amor docet hic nævos te ferre mariti,
Siq; quid ulterius detricitatis habet.
Non proavos equidem poteris jactare celebres
Nec tua patricias arca flagellat opes:

Te

Te concinna tamen facies & mira venustas,
Ornat, & hoc ad te me trahis illicio.
Hoc tantum quod his linguæ reprehendo dicacis
Continuosq; feras ut nola pulsa sonos.
Sed sit utut sit, fas est me tolerare maritum
Si maculæ si quid fæmina labis habet.
Heu! quas turbellas te non præsente ministri
Quotq; mihi famulæ tædia lenta parant?
Otia sectantur, pro me dum dormio potant,
Officium sine te nemo decensq; facit.
Aspera nunc inter se jurgia bellaque miscent,
Sicut in Helveticis cum bove bosq; jugis.
Omnis decrescit mea te sine rescula, totus
Ipse ministerio sordidiore regor.
Nunc incocta caro fertur mihi, fertur adusta,
Potus & absque cibo piscis & absque garo.
Jam varicosa meas Lotrix quoque deserit ædes
Et sequitur Dominam non reditura suam.
Quot secreta domi sestertia clauserat arca
Ac adamantæis aurea vasa seris.
Threicias vestes, baccata monilia secum
Abstulit Autolica surripuitq; manu.
Quod mihi non præsens appendit fæmina curas
Damnaq; quot capiti nectit amara meo?
Nunc scio quid valeat cultura domestica, dulcem
Successum quicquid suscipit uxor habet.
Ut dulci sine sole dies, sine sideribus nox,
Sic mea nigrescit te sine tota domus.
Nunc per sacra rogo thalami te fœdera nostri
Ubera per matris basia perq; patris,
Ad me quam primum, mea Flora, revertere, tota
Mecum ridebit te redeunte domus.

Te voco, te densis revocat, mea Vita, querelis
Hac ad me radians succina luce redi.
Te mea mensa vocat, coctum male teq; moretum
Adventum cacabus poscit olusq; tuum.
Tota domus sine te luget, cocythia nubes
Te sine fulgenti fit mihi sole domus.
Te sitio, seu cum radians abducit Eous
Seu revocat rutilis sidera vesper eqvus.
Lites ejuro, pactis concordibus, infra
Nosq; dehinc firmo fœdere stabit amor.
Sed quid ego verbi diriq; quid audio? qualis
Accentus aures verberat inde meas?
Scilicet inviso jam te cum milite castra
Ad Morinum celeri velle volare pede:
Obstupeo. fervoq; gelor formidine totus,
Utq; quatit folium ventus & aura tremo:
Non equidem credo, siquidem blaterantur in Urbe
Plurima quæ nil non futilitatis habent.
Si tamen ô mulier desultrix feceris illud,
Delebit vitam Sica cruenta meam.

92. *Flora ad Amandum.*

Postica legi tua verba querentia sanna
Omnia quæ cassâ sunt leviora nuce:
Trux vir Massilicos caperata fronte Leones
Inter & Hircanos annumerande lupos.
Non tua contemptim fugio commercia, cana
Quod tua sint forsan tempora sparsa nive,
Canitiem veneror, plus depontana senectus
Consilii, multum dexteritatis habet.
Nec sum Conjugii contemptrix fæmina, sacri
Nec thalami frustra rumpo capistra tui.
Ipse sed illicito divortia quæris amore
Rescindisq; tui Jura verenda thori.

Side-

Sidera vos testor, non inscia sidera, scitis
Scitis id ætherei quæ loquor Indigetes.
Fulgida quam primum Matuta refulget in Orbe
Phœbus & auratâ luce colorat humum:
Velle sub urbanos te visere dicis agellos,
Ocyus ac à me non male comptus abis.
Perjurate senex, quod rescio turpe lupanar
Hæc tua sunt quæ tam Prædia mane subis.
Hic tibi spurca facit quicquid Nonaria poscit
Ex votoq; tuus deliciatur amor.
Uxori dolor est Busiride sævior, hujus
Sæpe peregrinum vir ubi sulcat agrum.
Hæc ubi fastidis triscurria, cella senatus
Te cum complicibus suscipit uda tuis.
Hic ampullaris, tot pinguia ruraq; jactas
Sæpius in socios arma movesq; tuos.
Hic avido siccas tot & hauris pocula rictu,
Intonsas quod habet pastor Alexis oves.
Hic latitas donec non Hesperus ipse renascens
Sed tibi monstrarit Phosphorus inde viam.
Dumq; tuos magno repetit clamore penates
Vix titubans pedibus stare potesq; tuis:
Invadis servos, & stricto sæpius ense
Ejicis è nostra me famulasq; domo.
Sæpius ipse fores, in fragmina mille fenestras
Et frustillatim plurima vasa secas.
Heu quoties fædum Caprile, Suille lutosum
Hospitium totâ nocte dedere mihi?
Celsa mei cur non miserescitis astra doloris?
O formidati tristia facta viri!
Non lupus inter oves adeo furit, horrida Tygris
Amissis sævit non adeo catulis.

Hæc

Hæc an Conjugii dotalia pactaq; poscunt,
Hocne maritalis fœdus amicitiæ?
Lectum dum subeo forsan, ne si qua vacaret
Pars somni nunc hæc præcipis, illa jubes.
Nunc lactis calicem, vinum nunc poscis adustum
Coctana nunc à me nunc Cariota cupis:
Aspera nunc alui torquent te tormina, multum
Te male digestus nunc premit ipse cibus
Nunc te tussis atrox in fauce fatigat, id ipsum
E stomacho bibitum quod fuit ante, vomis.
Heu mihi quis fætor tunc de te nascitur? ipsa
Ilia perruptis exspuo visceribus.
Carnificis dolor est tali servire marito,
Cujus aqualiculus nocte dieq; sitit.
Quod mihi semicyclops (sic enim te dicere fas est
Ingluviem: siquidem semicyclopis habes)
Quod mihi gurges iners objectas crimina linguæ,
Vera sed inversa faris in historia.
Ipse Corinthiacum tua lingua volubilis æs est
Fulmina quæ præter nil nisi sæva tonas
Styx Acheron, Phlegeton (mortis quasi velor amictu
Sensibus hæc quoties verba revolvo meis.)
Orciniq; tuo Lemures volvuntur in ore,
Idq; quod ex triplici Cerberus ore vomit,
Non Latium vidit, non Romula turbaq; talem
Nec tam degenerum Græcia tota virum.
Omnia contemnis superûm Mysteria, fanum
Atque Deum, micam nec pietatis habes.
Nænia Marsa canis, Acæaq; murmura, diri
Quid non Lesbiadum te docuere nurus?
Nubes producis, tempestatesque venena
Ingeris atque tuis toxica pellicibus.

Cri-

Crimina totq; latent in te, quod nocte sub una
Vix Dominæ dederis basia falsa tuæ.
Quod mea tempestas, plus cornicaris, id unum
Sæpe canis capiti turpiter ipse meo.
Nil auri nil æris habes: (mea per præcordia ferrum
Hæc quoties loqueris duraq; gæsa trahis)
Non etenim magnos possum jactare Quirites,
Nec de Romano consule nata fui:
atStamen è claris duxi natalibus ortum
E priscisq; meum nomen originibus.
Stellio Cretensis, mordaci fænore technas
Quis nescit tua quas mens latebrosa tegit.
Per fas acquiris, corradis plura nefasque,
Et nil non sceleris absque rubore facis.
Quid tibi divitiæ prosunt auriq; talenta?
Nascitur ex opibus sæva Medusa tuis.
Hæc te pervertit, convertit ad omnia, fædum
Hæc te non hominem sed facit esse pecus.
Non in avos inquiro tuos, sed publica clamat
Scortillum Matrem fama fuisse tuam.
Est par sanguineis facies mea lactea moris,
Et niveo similis tota capillitio.
Nativus color est, nec forma fucata Veneno,
Hæc mea post habitis sunt bona divitiis.
Urticæ semen, decoctor & æris hirudo
Caustica flamma mei pestilitasq; thori:
Nunc tibi pacta thori fædusq; renuncio totum
Flagitium nostri turpe Sodalitii.
Turpis Arabs, cujus bifidis è naribus exit
Nescio quis fluidæ mucidus humor aquæ.
Heu quoties fixi tibi basia, putris adhæsit
Hæc ori sanies & pituita meo?
Lecti vir madidi, qui cervicalia quavis
Nocte notasq; tuo linea vela luto. Nunc

Nunc aliam (ciccum nam te non æstimo) quære
Uxorem tua quæ lingere sputa velit.
Miles adest, qui me constanti deperit igne
Hunc sequar infracta prosequar atque fide:
Hic aurata gerit miles Calcaria, vestes
Purpureas, Tyrio syndone deq; togam.
Hic Ararimq; Tagumq; bibit, gentesq; repostas
Vidit,& oceani navita Duxq; fuit.
Versus is indomitos mecum comes ibit Iberos
Hic ditescendi punica messis adest.
Hic lapides aurum sudant, præfurnia nectar
Hic quicquid duplex India cernit adest.
Hic naves, arces hic expugnabimus urbes.
Hic ero de nostris aurea manubiis:
Astra ferant illi felicia fata, salutem,
Et sine victrices vulnere sæpe manus.
Tressis Amande vale, non me tua cura retardet,
Nec tua nectareis illita verba favis.
Phæbus ut aurora ridet lacrymante: mihi sic
Gaudia, sed lacrymas mille relinquo tibi:
Nunc ubi castra sequar Mavortia, restat id unum
Quod te discedens uxor Amande rogat.
Ne veluti dicis fodias tua pectora ferro,
Sanguine res nimis est sæva perire suo:
Sub trabe te potius suspende vel Ilice, brutum
Sic poteris vecors absque cruore mori.

93. *In Obitum Amandi.*

Nil oculis video clausis, sed Amandus ad Orcum
Nunc moriens oculos claudit, iterq; facit.

94. *Ad Lectorem.*

Mordet is, ille nimis mea scripta flagellat: at inde
Nec bona, nec Census auget uterque suos.

EPI-

EPIGRAMMATUM
LIBER SEPTIMUS.

95. Ad Lectorem.

OPtima Sol res est, sal res pretiosa, nec ulla
  Res sale res dulci Sole carere potest:
Sat liber ille salis, sat habet quoq; solis, in illo
  Si micam Latii dixeris esse salis.

96. Deus quid & qualis?

Surdus in his Thales, Sophocles absurdus in illis
  Mutus Simonides, cæcus Aristoteles.
His de Cocropiæ male disceptatis Athenæ;
  His de Socraticæ quæso tacete scholæ.

97. In Obitum & Sepulturam
Magni Principis & Herois Germaniæ, Vinariæ 26. Sept. 1655.

I.

SIccine crudeli rapuit te falce, trilicem
  Et secuit Vitæ stamina Parca tuæ?
Gloria quem niveis Virtus atavitaq; bigis
  Celsa peræterna laude theatra trahit:
Maximus hic densis hodie singultibus Heros
  Et lachrymis atavo conditur in tumulo.

II.

Vita quid est? brevis est in Scena primus & Actus
  Confestimq; velut futile phasma perit.
Sulphureus vapor est, perituraq; bulla fugitq;
  Ut cum per vitreum Nerea puppis abit.

Non

Non è Caucasea creti sumus ilice, vitam
  Nunc ubi suscipimus, vivere desinimus.

III.

Scilicet aereas ut cum radicitus ornos
  Funditus esculeas eruit atque trabes.
Africus insano quoties fremit impete, Caurus
  Incustoditis & furit in sylvis?
Sic Mors sæva suo bacchatur acinace, magnos
  Ingentesq; metit trux Libitina Duces.

IV.

O mihi si titubans hanc in mea Musa papyrum
  Dictaret metrico congrua verba pede,
Quam BERNHARDE meo princeps celsissime vellem
  Carmine per laudes altius ire tuas?
Sed tua grandiloqvum venatur fama cothurnum,
  Threiciamq; sitit, gloria magna, chelyn.

V.

Quid canit Aiacis clypeos grandæva Vetustas
  Turribus æquales jactat & arma Ducis?
Mille quod Argolicos Turnus deleverit hostes
  Totq; paludatos Hectoris hasta viros.
Græca quis hæc credit mendacia? sed tua clamant
  Orbis per bifidum fortia facta latus.

VI.

Te celebris rutata domus, te Gallica cantant
  Lilia finitimas Adria perq; plagas.
Te qui Lucrinum vitreasq; Borysthenis undas
  Potant, te Medi, Bactra, Getæq; sciunt.
Te Batavum celebrant Sueonumq; theatra, propinquis
  Et Scytha de fluida qui nive sorbet aquam.

VII.

Te Tamesis, versus qui classica cantat Iberos
  Sanguineoq; suas imbre colorat aquas.

Vistula

Vistula te Gothico qui circumcingitur hoste,
Sceptraq; depulso Balthica rege subit.
Te scit Danubius,tua scit victricia Rhenus
Agmina, scit vires capta Brisaca tuas.

VIII.

Heu cur ingentem mors messuit atra Ducem, quem
Jam deflet lacrymis Marspiter ipse suis?
Cur qui debuerat quinquennia vivere centum
Ut rosa virgineo pollice secta perit?
O fugitivai fatum ter flebile vitæ!
Quam stata stant dubio tempora nostra pede!

IX.

Vita fugit, fugiunt perituræ Cornua Lunæ
Pernici fugiunt Phœbus & astra pede.
Ver fugit & æstas, pigri fugiuntq; Decembres
Imbriferi fugiunt flabra nivesq; Noti,
Omnia sunt instar Umbræ fugientis, in orbe
Fama sed illustri didita laude manet.

X.

Nunc ubi quin decies pressas pede Corniger Evan
Uvas, bis segetes Triptolemusq; dedit,
Conderis ingenti pompa, strepituq; sepulchro
Fletq; minor fatum major & ordo tuum.
Ut sero tua busta vides,sic maxima Fastis
Vivet & in feris Gloria corticibus.

98. Augurium de Pace.

Martis in occasu mala sunt, bona Pacis in ortu,
Hic abitus tot habet gaudia, quot reditus.

98. De Renovata Pacificatione.

I.

HOrrida jam cessant Bellonæ fulmina, Martis
Ira, rapinæ, furor, Militiæq; cruor.

Nunc

Nunc mihi Pierides iterum, mihi plectra fidesque,
Rus & aratra placent, miles & arma jacent.

II.

Metropolis mundi Pax est opulentior, in qua
Multa patent oculis conspicienda tuis:
Unicolor Pietas, Musarum semina, frugum
Gargara, Virtutis præmia, Regis oves.
Salve Pax mundi decus inde scriptile, mundus
Tecum, sed fine te, possidet, omne, nihil.

100. *Ad Præfectum Militiæ, Patriam spoliantem.*

Si gressus faceres velut alba ciconia longos
Et Lybicis posses ocyor esse feris,
Cis mare si fugeres, & trans Aliagmona, vel quo
Despuit æternas frigida zona nives:
Si super Ogygios turres & ad astra volares
Sublimisq; tuum stella cubile foret,
Non tamen effugeres Nemesin : procul Atropos hinc te
Si fugis, eripiet, si redis, inveniet.

101. *Ad Ejusd. Milites.*

Non Altaria sed splendent Calcaria vestra,
Omnibus ex aditis dum tot opes rapitis.

102. *Ad Centurionem meum.*

Clam deducis equos, vastasq; mapalia nostra,
Exhaurisq; suo dolia vasta mero.
Consumis pecudes, armentaq; bucera, quicquid
Area frumenti nostra flagellat, edis.
Æs id habes, aurum condisq; meum mihi fermè
Illa fit ingluvies mortis amarities.

103. *Ad Eundem.*

Semper ais fas est opibus me crescere, Doctus
Dicit id Astronomus vultq; Planeta meus.

Ille

Ille Planeta tamen mihi fulva Moneta videtur
Æs quoque cum cumulo, quod tibi contribuo.
Me ſpoliat, dulci te non ſine fænore ditat
Ille Planeta meis, illa moneta bonis.

104. *Ad Ejusd. milites.*

Qui vult caſtra ſequi, ſic caſtra ſequatur ut hoſtis
Quando venit, fugiat, quando fugit, veniat.

105. *Ad Cauſidicum.*

Thebani tibi ſunt Leges ænigmata monſtri,
Solvere quæ nil quam farta crumena poteſt.

106. *Ad Eundem.*

Vir gravis, haud levis es, per me quia facta ſat auro
Eſt tua parma gravis, ſed mea bulga levis.

107. *Ad Puellam genere nobilem.*

Clamat quando tacet facies formoſa, quis ergo
Te tua dum facies non ita clamat amat?

108. *Ad Cauſidicum.*

Romani novus es Juris Dictator, id omne
Clara quod affirmat lex, tua gloſſa negat.

109. *Ad Eundem.*

Te coxiſſe diu Jus tortile dicis, & omne
Scire tui valvas codicis atque plicas.
Sed tua craſſa nimis, nimis incôncoctaq; mens eſt,
In ſtolidoq; parum Juris habet cerebro.
In ſtomacho potius latitant tua jura, tuumque
Jus in Sorbilibus juribus omne coquis.

110. *De Abuſu Juris Prudentiæ.*

Mille plicas, tricas, flexus jus atque reflexus
Nodos Herculeos continet & ſcopulos.
Hinc multi lacrymis & flentibus Argumentis
Jus adeo quæœrunt, non tamen inveniunt.

111. *Ad*

111. *Ad C. Præsid.*

Mundus te placido veneratur honore supremus
Quod sis Juridici Duxq; Paterq; chori :
Fert tibi divitias tibi fert bona plurima fundus
Immensumq; tuis rus perаratur equis :
Sed tua plus spatii virtus & fama requirit,
Quam rus quam fundus quam quoque mundus habet.

112. *Ad Eundem.*

Octo bis & plures ninxit fera bruma per annos
Res mea dum variis litibus acta fuit.
Scilicet ut pelagus Syrtes Scyllasq; biformes
Anfractus, refluos jus habet atque gyros :
Hoc ego si posthac Jus consequar, odero lites
Naufragus ut scopulos sæva Malea tuos.

113. *Ad meum Filium, JCtum & Antecessorem Jenensem.*

Delphica jam priscæ prope sunt Oracula leges,
Quæ perquam dubiæ plurima noctis habent.
Inde tenebrosis impletur litibus orbis
Totq; bipartitis Curia dissidiis.
Has ubi consuesti dubias evolvere lites
Et tot inexplicitas explicuisse plicas,
Hæc chorus Astreæ dulcisq; medulla palestræ
Annectit studiis præmia magna tuis.
Sit felix honor hic, & opum tibi grandius agmen
Et census dignos Patriciosq; ferat.
Sis opifer trepidis studiumq; clientibus offer,
Rebus in explicitis implicitisq; tuum.
Sitq; tuo Pietas tibi lex in codice prima :
Absque Deo quisquis vadit ad alta, cadit.

114. Ad

Ad Amicum intimum

Sacra Maritalia celebrantem.

I.

Cur adeo thalami Commercia ſacra tot anno
Mutua ſprevisti pactaq; Conjugii?
Tam procul à nobis Alpina Ceraunia nec ſunt
Nec vada Myrtoi ſalſaq; ſtagna freti,
A te (Pieridum quod fecit amabile nectar)
Dulcia quam Paphiæ philtra fuere Deæ.

II.

Sed nunc quid ſit amor, vires impactaq; ſentis
Vulnera, quæq; gerit teliger arma Deus.
Nunc juxtim ſua te Cypris tentoria fixit,
Imperitansq; tibi plurima ſuadet amor.
Dum ſocio jungis ſponſam tibi fœdere corde
Quæq; tot ingentes ore recondit opes.

III.

Vultus nunc merito gaudentes induo, Sponſis
Exultimq; fero debita vota novis:
Qui rotat in grandi frœnatq; tot aſtra theatro
Et ſtata ſancivit fædera Conjugii.
Vosmet Olympiacis cum ſtipatoribus ille
Protegat, ut ſcæva vivat uterque bona.

Vivite concordi pacto, strepitosa cicada
 Perturbet vestram vespaq; nulla domum.
Pignora multa thori, vitæ numerate tot annos
 Leucothoë radiis quot tegit astra suis.
Cætera prætereo : nam vota domestica Patris
 Quæ manus illa potest scribere vel calamus?

115. *Ad Eundem*

De Juris Prudentiæ utilitate.

Inter Centauros vivit Lybicosq; leones
 Nil ubi magna Themis Juraq; prisca valent.
Jus mare, Jus mundum, cœlum jus frenat & orcu[m]
 Hic populos, reges, regna Ducesq; domat.
Hoc sine vita nihil quam vulnera, funera, lites
 Quam Martis rabies, tela, facesq; foret.
Salve Jus! tua si quis suxerit ubera, jure
 Oppressis tribuit jusq; decusq; suum.
Hoc qui consequitur jus, ille per aurea prata
 Ambulat ut lætis Phœbus in Elysiis.

116. *Ad Eundem,*

De prioribus meis Epigrammatibus igne deletis.

Quos mea complicuit versus florentior ætas
 Martius indomito sustulit igne furor.
Pauca senectutis restant hæc scripta, senectus
 Et mea nil prisci scripta decoris habent.

117. A

117. *Avarus.*

Æris & argenti si quicquam colligo, parcas
Pando manus, si quid debeo, claudo manus.

118. *In Obitum Tonsoris.*

Ad Styga Tonsor abit, cujus mens plena furoris
Plena manus sceleris, Vita cruoris erat.
Siquis ad Eumenides vult scribere, scribat, idipsum
Ferre potest secum Tonsor Epistolium.

119. *De Sole.*

Solis ubi faciem spectas vultumq; volantem
Hunc ulnæ spatium vix superare putas:
Rursus ubi te Sol conspexerit, esse fatetur
Vix de Lampyridum semine Vermiculum.

120. *Ad Mutum.*

Quam natura vagum ludit festiná per orbem
Plurima pro nutu dans rapiensq; suo?
Ora gerens verbi mutus nil exprimit, ore
Echo tamen petulans sed sine, verba facit.

121. *Ad Abigeum*

Cum laqueo, horrida tempestate suborta, suffocaretur.

Non fera sufficiunt laquei suspendia, fures
Ut sint carnivoris escacibusq; feris:
Furibus æternum restat quoque fulmen, & illud
Fur ubi jam moritur, fulmen atrox oritur.

122. *Ad Scribam comatum.*

Si latet in cirris Sapientia Delphica, Tonsor
Peccat ab his quoties plusve minusve metit.

123. *Ad Nobilem eleganter eruditum.*

Sicut agros steriles fœcundant sidera certo
Influxu, fructus ut segetesq; ferant;

Sic nuper sidus nos junxit amabile, noster
Qui fuerat sterilis, fertilis ut sit amor.

124. Testudinis Encomium.

Tuque puellarum Tormentum nobile salve
Salve Pierii splendor amorq; chori.
Quæ tua majestas? num te crinitus Iopas
Finxit, & artifici Dædalus ipse manu?
Te sine læta parum celebrant Convivia Musæ
Te sine concinnè cantat Apollo nihil.
Tinnula multa quidem sunt Instrumenta per orbem
Dulcius at nullum te meliusq; sonat.
Hoc tibi non tribuit Magicas Medæa per artes,
Sed latet in fidibus vis ea grata tuis.
Heus puer! hoc sanctum mihi si violaveris Oestrum,
Crux erit & major pœna parata tibi.

125. Fortuna.

Deprimis hos, illos ad sidera tollis, & omne
Quod tua distribuit dextra, sinistra rapit.

126. Ad Juvenem.

Omnis amans amens, nigrum dum vertit in album,
Hæc & quæ fuerant candida nigra facit.
Pro placidis duras amat extollitq; puellas,
Sic mens Ecclypsin mentis amantis habet.

127. De Militia.

Jam prope sunt bifidi vaginæ scrinia Juris
Omneq; Jus in se miles & ensis habet.
Torquet in hunc harpen, gladiumq; retorquet in illum,
Mactat oves pecudes, igne crematq; lares.
Vastat quot spectat loca sacra prophanaq;, gentis
Hæc mala sunt hodie, cras ea regis erunt.

128. Ad

128. *Ad St.*

Alea te fallit, te thessera decipit anceps,
Et te charta suis fallit Imaginibus.
Cur ita? ludendi nam te perversa libido
Nullaq; discendi sollicitudo coquit.
Sic fortuna solet deludere, lædere cunctos
Qui cupiunt multum ludere, nil legere.

129. *Ad Causidicum.*

Quicquid habent noris perplexa volumina Juris
Non tamen hoc quod Jus postulat, ipse facis.
Sit tua cum vita conjuncta scientia: res est
Non bona, quæ bona sunt scire, sed hæc facere.

130. *Ad Impium.*

Supra te cælo Deus est oculatior, infra,
Extera quando videt corporis exta videt.

131. *Eundem.*

Quid stolida recitas pro Consuetudine plures
Oreque deblateras sed sine mente preces?
Nil valet hæc infra moriturq; precatio dentes,
Et perit in rictu, nix ut in igne, tuo.

132. *Ad Vir. Clar.*

Digna canis Phæbo, cantas & Osyride digna,
Et tua sunt dulci scripta repleta thymo.
Stacten oles, mulsum, violas loquerisq; rosasque
Et fluit ad nutum Castalis unda tuum.
Inde replet mundum tua laus, multumque per Orbem
Instar odorati floris odoris habet.

133. *Ad Eundem.*

Absens si fuero, tecum si vixero præsens
Te tamen ut video, perpetuo video.

Te cum Sol oritur video, cum lumine claro
Fulget, te video, cum moritur video.
Nil nisi te video, video dùm cuncta, mihiq;
Te si non video, protinus invideo.
Est amor alternus res insatiabilis, inde
Te mea perpetuo mens animusq; videt.

134. Febricitantis querela contra Medicum.

Potus non mihi plus Medicus concedit & esus,
Quam quot acanthis edit ; quam quot alauda bibit.
Aspicit urinam totus tetricumq; colorem
Improbat, & multum clamat habere mali.
Lotia jam mea sunt ipsius sidera, Vitæ
Hinc velut Astronomus noscere fata cupit.
Jam probat & pulsus laudat mysteria, rursus
Improbat, & nil non quod reprehendit habet.
Vertitur in pejus ejus Medicina venenum
Indeque plus in me sævit amara sitis.
Jam mihi sex cyathos vini potare placeret,
V. Vajentani pocula quinque meri,
Sed vetat hoc Medicus : me duplex pœna malumq;
Captivum Morbus continet & Medicus.

135. De Eod. Med.

Insanit Medicus, corpus dum conqueror ipse
Undique quod doleat, quærit ubi doleat?

136. Crispus Philosophus ad Rosabellam.

I.

SOle calente venit, roseoq; refulget amictu
Hesperus & Phœbo jam redeunte, fugit:
Talis inest stellis vis admirabilis, hujus
Ortus ut illius causa sit interitus.

Num

Num quoque tu meus es veſper Roſabella, quod ipſa
Me veniente fugis, me fugiente venis?

II.

Noctes atque dies, mea Lux, te ſomnio, votis
Te ſitio, precibus te cupioq; meis.
Te mea plectra ſonant, cantantq; Poemata, tecum
Biſſina dumque loquor, nil niſi verba loquor:
Munera ſæpe tibi mitto pretioſa, tibiq;
Auro conſcriptas offero litterulas.
Sed nec verba tuam nec mutant munera mentem
Ad me nec mea te flectit amica chelys.
Credo quod accipiant gens barbara, duraq; ſaxa
A te barbariem, duritiemq; novam.

III.

Me dolor & mœror coquit intractabilis, & me
Irrequies torquet nocte dieq; quies,
Non quod vitiferos vaſtarint frigora colles;
Læſerit aut ſegetes [illegible] grando nivas;
Non quod tot vicos exhauſerit undique miles;
Et patriæ tulerit ſontica damna meæ:
Sed facit hoc Veneris, ſacer atq; cupidinis ignis,
Te quia non lædit, me quia prorſus edit.

IV.

Dum Roſabella meum tranſit formoſa per hortum,
Et tot ibi niveas explicat oris opes,
Lactea nigreſcunt colocaſia, lilia pallent,
Purpureæ, flavo ſtantq; colore, roſæ.

V.

Dum Cytharam pulſas, digitisq; nivalibus urges
Thraiciaq; melos dexteritate feris:
Obſtupeo velut is, qui viſo Gorgone de ſe
Exiit, orbatus ſenſibus atque fuit.

Scilicet iratos possunt tua carmina Divos
Flectere, Tartareos & tua plectra deos.

VI.

Quæ tua progenies? num de meliore metallo
Membra tibi fingit Japetioniades?
Non facie tantum, toto sed corpore pulchras
Vincis & ingenio judicioq; Deas.
Sæpe bona facie latitant bona plurima, pulchro
Sicut in ore lepor, sicut in igne calor.

VII.

Nuper ubi noctu tecum Rosabella loquebar
Bella Venus vitæ stella decusq; meæ.
Nox ea quot dulces strepitus, quot gaudia risus.
Quotq; dabat nugas delitiasq; mihi?
Sol cito prætereat duplicesq; recurrat ad Indos
Nox mihi multa parat gaudia, nulla dies.

VIII.

Æger eram nuper propter Symptomata meq;
Torquebat plus quam pestis amara sitis.
Sed postquam dulcis mea me Rosabella videbat
Atque dabat labris oscula grata meis:
Actutum rursus revalesco, sic ea causa
Quæ fuerat morbi, fit Medicina mei.

IX.

Basia tot sumis Rosabella, nec ulla refundis
Tot data grata tibi basia redde mihi:
Basia redde mihi, tali quia basia pacto
Accipis ut reddas, reddis ut accipias.

X.

Ver calet & fervet, ver excitat omnia vere
Ardet amor, veluti fervet in orbe calor.
Hinc quoque plus in me fervet tuus ignis, & in me
Plus effervescens ardet & urit amor.

Fer

Ferveo ſi prenſo te, ſi premo ferveo, dulcis
Fitq; mihi fervor nil niſi caſtus amor.
Cujus amor caſtè fervet, ferventius & ſic
Fervet,ut ipſe diu fervere poſſit amor.

137, Ad Amicum.

Anxia ſæpe tuam torquet dubitatio mentem
Cur tam Conjugium ſit tibi triſte jugum?
Sis pius & patiens, bene fer quod fæmina dives
Imperat & reboat nocte dieq; tibi.
Nec ſit onus tibi quod tot anus tua vivat in annos,
Et ſic Conjugium ſit tibi dulce jugum.

138. Ad Centurionem meum.

Si quoties tua mens faciesq; recanduit ira,
Nemo poteſt te vi flectere, flecto chely.

139. Ad Eundem.

Te neſcire meas quisnam detraxerit, inquis
Ante dies quatuor, res & equos quatuor,
Et cupis ut talem Tarpeio fulmine furem
Perdant & Stygio fata dolore coquant:
Sed ſi mandatum tuus à te furta patrandi
Non habuiſſet eques, non rapuiſſet equos.

140. Ad Ejusd. Signiferum.

Nocte meum pepuliſſe pecus tot equosq; jugales
Grande nefas hoc eſt Ogygiumq; malum.
Volvo quidem culpæ nihil in te, dejero,ſed ſi
Non fuit in ſervis, pejero, culpa, tuis.

141. Centurio ad Signiferum.

Fas tibi turpe nefas, polus eſt tibi pallidus Orcus,
Quæque ſerena mihi, ſunt tenebroſa tibi.

Candida nigra tibi, tibi dextra finiſtra putatur,
Et tua caſta tibi fæmina, mecha mihi.

142. *Ad Senatorem.*

Nil præter curas alternaq; jurgia tractat,
Sollicitosq; facit Curia veſtra viros.
Hic citat emptores, cives vocat ille rebelles
Hic juramento rem probat, ille negat.
Hic gladio cenſum repetit, cupit ille tributum
Hic patris argentum poſtulat, ille domum.
Te niſi blanda domi recrearet fæmina rurſus
Opprimeret vitam cura laborq; tuam.

143. *Ad Sponſum.*

I.

NUlla poteſt hominis ſolertia dicere, nulla
Lingua manusq; poteſt fingere quid ſit amor:
Quamvis ipſe Deus, cœlum, mare, ſidera, tellus,
Te ſatis informent undique quid ſit amor.
Sed tua cras niveo dum Sponſa redibit amictu,
Scire poteſt, ſed non dicere, quid ſit amor.

II.

Errat qui blaterat Thalamos intrare quod omnis
Sit fons ſit fluvius ſit pelagusq; mali:
Sorbet & abſumit vaſtum mare flumina, ſancti
Et mala Conjugii ſingula, caſtus amor.

III.

Vos ubi Conjugio divina potentia junxit
Vinxit & æterna compede caſtus amor.
Sit thalamus felix, pax & fortuna perennis
In veſtro regnet dulcis amorq; thoro.
Quod precor ulterius non hoc mea fingere Muſa
Nec mea quod minus eſt pingere charta poteſt.

144. *Ad*

144. *Ad Sponsum.*

Extra Conjugium quisquis Thalamique capistrum
Mollius & multo vivere vult melius,
Hujus vita nihil pietatis, fronsq; pudoris
Nilq; caput cerebri, mens rationis habet.
Eligis inde tibi vir Consultissime Sponsam
Altera quæ Venus est, quarta velutq; Charis:
Quæ centum vincit, quæ delet mille puellas
Forma, divitiis, ingeniiq; bonis.
Vive diu tantis opibus, deus impleat omnē
Melle favoq; tuum, lacte meroq; thorum.

145. *Ad Viduum.*

Solus es & culices muscas præterque strepentes
Nemo bibit tecum, nemo cibumq; capit.
Solus oves mulges, armentaq; bucera, solus
Strata, tuaq; lavas vasa lutosa manu.
Solus ut es, solum sic sub lodice fatigant
Nocteq; te pulices, teq; die culices.

146. *Ad Servum.*

Non calor aut ignis, sed te mendacia, densa
Et quæ furta domi clamq; palamq; facis.
Tam nigrum faciunt, ut non si fonte Falisco
Te vel in Oceano laveris albus eris.

147. *Ad Poetam.*

Sunt inserta tuis bona, sunt mala sparsa libellis:
Sed bona nil artis, nil mala laudis habent.

148. *Ebrius in Cella Senatoria.*

Cis mare, trans Tanaim sitis ô Phlegetontica! possum
Nil quiquam melius dicere, quam bibere

 Vina

Vina bibo, vini veneror Chartesia, fasti
Antiqui referunt vina bibisse Jovem.
Divinus liquor est vinum, mihi mille dolores
Et curas jugulant vina, jocosq; parant.
In vino latitant mysteria Delphica, vina
Plus sapio magno Socrate quando bibo.
Cis mare, trans Tanaim sitis ô phlegetontica! mundus
Dirius & te nil pejus avernus habet.
Omnibus est morbus sitis exitialis, & affert
Divitibus tabem pauperibusq; necem.

149. Ad Ebrium.

Cur bibis inq; Ducis rursus vomis illa salutem,
Ebria turbatâ votaq; mente facis?
Pro Duce sacra valent plus atque precatio fervens,
Quam tot quot madidus Vota Culullus habet.

196. Ad Juvenem.

Qui celeres cursus cernis, avibusque volatus
Sic ovibus faciles tesqua per alta pedes,
Quiq; volutatus serpentibus, hic tibi gressus
Ocyus ut fugias turpe malumq; dedit.

157. Ad eundem.

Cis Gangem furtivus amor, turpisq; libido
Turpis amor caput est sæva Medusa tuum:
Hic amor in fatuos plures convertit amantes,
Inque senes juvenes, in Juvenesq; senes.
Tantum per mensem Sol fervet & æstuat unum
Turpis at in spurco pectore, semper amor.

157. Ad Amicum in obitum Uxoris.

Agnus ut immites fundit repetitq; querelas
Si procul â turpi matre remotus abit.

Sic

Sic & funereis imples ululatibus aures
Dum rapit uxorem Parca severa tuam.
Est dolor ille dolor, dolor intolerabilis, illum
Vix Styx aut Phlegethon vix & avernus habet:
Si cito dissolvit rabies duo pectora mortis
Quæ fuerant una semper amicta fide.
Sed satis his Erebi facibus, furiisq; dolorum
Hactenus exarsit cor animusq; tibi.
Det Deus, ut matrem ceu clamosissimus agnus
Invenias simili sed pietate, novam.

159. In Obitum

Joachimi Bechmans,

Præfecti in Gotts-Felt/ fratris dilect.

Sic fleo, sic oculos & cor emulgeo flendo
Ut quod eram jam sim nil animantis ego.
Nil jam præ luctu video, nil sentio, luctus
Impedit auditus & mihi vocis iter.

160. In Imaginem FRIDERICI filioli lepidissimi demortui.

Picta quidem facies oculos delectat & ante,
Sed velut ante mihi non tua labra placent:
Nil quia mellis habent, vitæ nil, pascere namque
Labra solet vivus, lumina pictus homo.

161. Ad Chimicum.

Plurima dilapidas tricosum Philosophorum
Ut lapidem quæras, arte vel invenias.
Sed quid agis, num vis quod non est quærere? nil est
Nil est, crede mihi si sapis, ille lapis.

162. Ad Amicum.

Misse ferunt puerum, celeri pede corpore recto
Vix à matre sua qui generatus erat.
Hic celer ingressus monet occursusque quod ipsa
Res subito gradiens vita sit & fugiens.

163. Ad Studiosum.

Virgo sibi bicolor te poscit anusq; biformis,
Hæc Plutonis opes possidet, illa nihil.
Sed dum divitiæ bona sunt alimentáq; duræ
Nil nisi militiæ, præstat amare nihil.

164. Inscriptio Templi.

Hic Domini domus est, sacra sunt hic omnia, sacro
Cum Domino servus, cumq; domo Dominus.

165. Lex & Moses.

I.

GAudeo quando minas divinas audio, dum me
Hæc ad me mittunt ambo piumq; volunt.

II.

Gaudia multa mihi restant & præmia, sed non
Consequor hæc à te gaudia, nec sine te.
Sic acuit ferrum cos sed nil dissecat, idque
Novit Mercurius quod mihi monstrat iter.

160. Homerus.

Cœcus es, arguto tamen es oculatior Argo,
Et secreta tuis cuncta patent oculis.

161. Aristoteles.

Doctior & maior te nemo videtur in orbe,
Dum fuit & posthac vesper & ortus erit.

162. Aristotelis Ἐντελέχεια.

Hæc lego, sed quoties lego, non intelligo, nodus
Gordius hoc verbum sit mihi, cruxq; tibi.

163. Ci-

163. Cicero.

ilia dicendo facis optima, pessima grata,
Turbida clara suo tristia læta loco.
men es & populi numen, latiiq; leporis
Flumen & invicto fulmen in Eloquio.

164. Amoris Encomium.

ror & indomitæ brevis est obsessio mentis,
Et fortuna gravis, curaq; tristis amor.

165. De Scriptis Amatoriis Ovidii.

sonis veneror sed prorsus abominor illa
Scripta venenatis quæ vitiata metris.
t sub aqua rupes, colubri sub gramine, sentes
Sub nive, sub dulci melle venena latent.

166. De Libris Cardani.

lsa tuis insunt & plurima vera libellis,
Qui legit hæc & qui despicit illa sapit.

167. De Origine Fontium.

tit Aristoteles de fontis origine quod ..
umus in internis causa vaporq; locis.
uum terra potest tales generare vapores
Ut tot aquas mundus fundat & Oceanus?
igitur ratio vapor est, & fumus inanis
Nilq; nisi ratio quæ ratione caret.

168. Ad Poetam.

rus es & doctis tam notus in orbe Poetis.
Hic mihi qui felis clamor ab ore venit.

Hujus

162. *Ad Amicum.*

Isse ferunt puerum, celeri pede corpore recto
Vix à matre sua qui generatus erat.
Hic celer ingressus monet occursusque quod ipsa
Res subito gradiens vita sit & fugiens.

163. *Ad Studiosum.*

Virgo sibi bicolor te poscit anusq; biformis,
Hæc Plutonis opes possidet, illa nihil.
Sed dum divitiæ bona sunt alimentaq; duræ
Nil nisi militiæ, præstat amare nihil.

164. *Inscriptio Templi.*

Hic Domini domus est, sacra sunt hic omnia, sacro
Cum Domino servus, cumq; domo Dominus.

165. *Lex & Moses.*

I.

GAudeo quando minas divinas audio, dum me
Hæc ad me mittunt ambo piumq; volunt.

II.

Gaudia multa mihi restant & præmia, sed non
Consequor hæc â te gaudia, nec sine te.
Sic acuit ferrum cos sed nil dissecat, idque
Novit Mercurius quod mihi monstrat iter.

160. *Homerus.*

Cœcus es, arguto tamen es oculatior Argo,
Et secreta tuis cuncta patent oculis.

161. *Aristoteles.*

Doctior & major te nemo videtur in orbe,
Dum fuit & posthac vesper & ortus erit.

162. *Aristotelis* Ἐντελέχεια.

Hæc lego, sed quoties lego, non intelligo, nodus
Gordius hoc verbum fit mihi truxq; tibi.

163. *Cicero.*

ilia dicendo facis optima, pessima grata,
Turbida clara suo tristia læta loco.
men es & populi numen, latiiq; leporis
Flumen & invicto fulmen in Eloquio.

164. *Amoris Encomium.*

ror & indomitæ brevis est obsessio mentis,
Et fortuna gravis, curaq; tristis amor.

165. *De Scriptis Amatoriis Ovidii.*

asonis veneror sed prorsus abominor illa
Scripta venenatis quæ vitiata metris.
t sub aqua rupes, colubri sub gramine, sentes
Sub nive, sub dulci melle venena latent.

166. *De Libris Cardani.*

lsa tuis insunt & plurima vera libellis,
Qui legit hæc & qui despicit illa sapit.

167. *De Origine Fontium.*

ntit Aristoteles de fontis origine quod de
Fumus in internis causa vaporq; locis.
d num terra potest tales generare vapores
Ut tot aquas mundus fundat & Oceanus?
ec igitur ratio vapor est, & fumus inanis
Nilq; nisi ratio quæ ratione caret.

168. *Ad Poetam.*

larus es & doctis tam notus in orbe Poetis.
Ut mihi qui felis clamor ab ore venit.

Hujus

Hujus enim nomen nec adest nec habebitur un-
quam-
Dum fuit & posthac sermo latinus erit.

169. *Ad Ministram Culinariam.*

Ut canis oblatras ubi te reprehendo, luposq;
Ingluvie superas illuvieq; sues.
Vulpinisq; mihi quid non rapis unguibus? in te
Vultus adest hominis, cætera sunt pecudis.

170. *Ad Lectorem.*

Si tibi nulla placet nisi sit res optima, linguæ
Nil præter vereor dura flagella, tuæ.

EPI

EPIGRAMMATUM
LIBER OCTAVUS.
De
MILITIA.

Ad Lectorem.

Est velut hospitium, Liber hic, ubi plurima desunt,
Ac ubi nil piperis, nil habet esca salis.

I.I.

LIBER OCTAVUS
De
MILITIA
&
Miseriis Agricolarum.

PARS PRIOR.

I.

I mihi Sicelides dictarent Carmina Musæ
  Aoniamque darer magnus Apollo lyram:
m flueretque meæ felix opulentia linguæ
  Ut fierem docti par in honore viri:
gnis non illud possem deducere verbis
  Quid sit Castra Ducis Militiamq; sequi.

II.

na quidem fuerunt, fuit & pacalis oliva,
  Dum stellatus apex solis iterq; fuit.
cis & armorum siquidem Deus autor, is ipse
  Olim Consilio fecit utrumque bono.
e premit Castris armisq; potentibus ho
  Ille regit populum pace fideque suum.

III.

tenebræ Solisq; jubar, sic flebile bellum
  Et gravibus distant pax inimicitiis.
lligit aggestu magno pax plurima, bellum
  Tempore consumit quod videt omne brevi.
lcia pax nobis alimenta ministrat, at eheu!
  Bellum trux homines ut Minotaurus edit.

Una

IV.

Una tamen cunctis non est, eademque voluntas
Velle suum cunctis militibusq; placet.
Pacis amans hic est, armis addictior alter,
Hic hostem verbis non ferit, ense ferit.
Ille Getas Scythico compescit acinace duros
Et facit ingentes ter trepidare Titos.

V.

Hic Thraso magnificè jactans sua facta, quid hoste
Versus falsiloquo fecerit ore, refert:
Castrorumq; duces quot læserit, & quot ad Orcu
Mille paludatos miserit ense viros.
Ille vir est atrox, Lybicoq; ferocior angue
Inq; suo duros corde gerit silices.

VI.

Rursus is incedit pavone superbius, ille
Surripit Autholica plaustra bovesq; manu.
Hunc stimulatq; procans Amathusia, succuba Th
Uxor & alterius ducit ad omne nefas.
Hic moritur quoties exertum viderit ensem,
Et gustu penitus judicioq; caret.

VII.

Aspera quam res est cum milite vivere, cujus
Semper aqualiculus faux & amara sitis.
Nil nisi qui passim prædonis more vagatur
Et rapit audaci quod videt omne manu.
Contemptimq; Deum diris qui devovet, & se,
Bellaque perpetuo cum ratione gerit.

VIII.

Quam jucunda mihi fuerant ea tempora quond
Hic, ubi tranquillæ semina pacis erant.
Tritici melius crescebant undique fructus,
Major & uvarum copia semper erat.

Dulc

ulcia de viridi ſtillabant arbore mella,
Vinaque pro gelidis quisque bibebat aquis.

IX.

unc ubi militiæ cataphracta caterva, feroci
Ad nos Bellona te præeunte venit:
eu quod me ſubeunt incommoda! tota ſupellex
Nummus & è loculis evolat æsque meis.
emina nunc olidi mactatur & hircus & hirci
Et quot oves numerat tota bovesq; domus.

X.

uos Daca, quos nummos Geta quos confecit Iber9
Militibus famulo poplite ſæpe fero.
d quod heri manibus miles extorſit avaris
Hoc iterum vultur poſcit atrox hodie.
eſuper argentum divi date grandinis inſtar
Militibus, mea non bulga ſat æris habet.

XI.

trux complicium! Titanes origine diri
Hi quid non ſceleris ſuſcipiuntque mali?
obra probris miſcent, ignes lapidesq; loquuntur
Et rapiunt quicquid parſit avara manus.
otant calyces, obbasq; cadosq; patentes
Evacuant uno terq; quaterq; die.

XII.

odri progenies, aſinos qui nuper & hircos
Sorteque curabat ſic ſtatuente boves,
is hodie gemmis operitur & auro,
Torquatusq; velut veſte ſuperbit equos.
uicquid adeſt orbis rapiunt hæc ulcera, tantum
Ac heſterna volunt lotia nos bibere.

XIII.

ovida nil vacui natura reliquit in Orbe,
In mundoque datur quod ſit inane nihil:

Hoc

Hoc tritum docuit sic me schola publica quon
Vana tamen sunt hæc omnia, nilq; valent.
Plurima de vacuo siquidem mea continet in se
Area, cella, focus, mensa, culina, domus.

XIV.

Quid juvat arva domi toties proscindere fruges
Indeque multiplici fænore demetere?
Argento quid opus, nummisq; valere paternis,
Multaque de primo vasa tenere mero?
Dum dare militibus nunc omnia cogor iniquis
Proque labore probrum damnaq; multa pati.

XV.

Miles adest iterum, rerumq; potitur in agris
Quæso quid agricolis durius esse potest.
Quærit eques, vestes, pecudes, & quicquid acervi
Quicquid & argenti conspicit omne rapit.
Damna, neces, laqueos, incendia sæpe minatur,
Et quatit in servos dura flagella meos.

XVI.

Arma fremunt nimium, strident certamina bel
Et clypeos juvenes tela senesq; ferunt.
O crudele, vorax, inamabile, flebile bellum
Quo nihil asperius Cæsar & orbis habet.
Te modo qui dicit bellum, vel cogitat, ille
Mille metus, gemitus dicit, & omne malum.

XVII.

Extorres hodie fugiturus linquo penates
Miles adest totus Militiæq; globus.
Jam mea Stymphalides rapiunt bona, tota pellex
Cumq; labore perit Bibliotheca meo.
Qui subit Exilium placid;, quocunque per orbe
Iverit, in patriam dicitur ire suam.

XVIII.

Harpax mortiferis ubi Mars ficelicibus errat
    Crudeli patrium cæde repletq; solum:
Exulit hic pietas, vatum reverentia dormit
    Semina nil Juris Justitiæq; valent.
Multi se vitiis maculant crudelibus, illa
    Narratuque patrant facta minora meo.

XIX.

Si quis apud veteres olim vivebat in agris,
    Civibus is felix terque beatus erat.
Hic ubi tranquillam poterat traducere vitam
    Et cum pace bonis lætitiaq; frui.
Pristina quam tristi mutantur tempora fato?
    Arma metus, gemitus noster agellus habet.

XX.

Quando sua toties spoliatur in æde Colonus
    Quæso quid amissis suscipit ille bonis?
Dilaniat crines, ædes ululatibus implet
    Sæpeque sub duro nocte latet silice.
Hic precibusq; vacans meliora precatur ab illo
    Qui bona cuncta suo datq; rapitq; loco.

XXI.

Lætitiæ torrens, & ovum diphtera, salutis
    Omnis pax fons est congeriesq; boni.
Pax Arabum vincit messes, pax mille repletos
    Excedit gemmis Jaspidibusq; cados.
Extremam donec mihi scripserit Atropos horam
    Osor ero Martis, pacis amator ero.

XXII.

Nunc postquã clypeata cohors nos præterit omnem
    Et spoliat tristi non sine cæde domum.
Exutâq; rapit, mea præcinctoria, veste,
    Et quicquid mea quod crura tegebat, erat.

Sto

Sto lapis immotus velut impactorius, & sum
Mortuus antiqua pictus ut in tabula.

XXIII.

Non ego si manibus sexcentis præditus essem
Atque forent tot sunt membra quot ora mihi:
Hoc satis efferrem mihi quot Bellona dolores
Damna, neces, noxas, duraque fata ferat.
Est fera dira, rapax est horrida bellua bellum
Quæ quod cella capit, rusque domusq; rapit.

XXIV.

Non ita messor aquas, pluvias optatq; Colonus,
Æstas ubi fundit solstitialis agros.
Quam pacem votis cupio ferventibus, ipsa
Pax opibus vincit Lydia regna suis.
Exanimor durum quoties te cogito bellum
Mortua subq; meo pectore membra gero.

XXV.

Sed non est operis nostri res illa, sed ille
Qui Cælum digitis astra rotatque suis,
Ille potest motus belli delere feroces
Rursus & optatæ nectere pacis opus.
Et patriæ relegare dehinc ad Bactra rapaces
Trans Lybiciq; maris littora Stymphalides.

XXVI.

Si rogo quando velit tandem discedere miles
Cras fieri cives, cras fere vulgus ait:
Miles at interea nihil hæc mendacia curat,
Ad notumque parum fervet abire locum.
Non tot nostra videt dives vindemia botros
Lux quod habet menses crastina, quotque dies.

XXVII.

Sicut apis variis in saltibus omnia libat
Inque domum latices, mella, favosq; trahit:

Si

Sic vigili studio multoque labore parentes,
Jure parant natis remque cibumque suis.
Non facit hoc miles, sed habet nos instar apis, quæ
Non sibi sed Domino dulcia mella parat.

XXVIII.

Sed querulis quid opus tempus consumere verbis?
Languet in officio lingua manusque suo.
Quæ Deus immittit seu sunt bona, seu mala nobis,
Illa decet placido pectore quemque pati.
Novit is afflictis certam reparare salutem,
Rebus & in dubiis ferre potenter opem.

Pars posterior.

I.

Rara nimis pietas per castra pererrat, ubi trux
Multos Tisiphone flectit ad omne malum.
Hic teter, infrunitus, ater, sceleratus, & illa
Suscipit, ad quæ vel Cerberus ipse stupet.
Magna domi celebrat pars Saturnalia, tota
Siccantes calices nocte, dieque scyphos.

II.

Sed non hic celebres repr[illegible]hendo Martis al[illegible]mnos,
Fortibus est etiam laus sua danda viris.
Vir ditione potens hic est ab Hamilcare natus,
Arte valens, celeri consilioque potens.
Ille velox pedibus, patratque ferocibus armis
Sæpe lacessitâ fortia facta manu.

III.

Regna, viros hic est, & qui compescuit orbem
Inde cupressiferâ fronde recinctus abit.

Illa ducum clypeos & regum cassida portat,
Agmen is & cuneos ducit & arte regit.
Orbis is, idque suis quid fecerit arrigit aures.
Hostibus, æternum nomen & inde gerit.

IV.

Dicite qui Scythicas peltas vibratis, olympi
Quorum laus apices tangit & astra ferit,
Quomodo tot populos potuistis vincere, forte
Totque rebellantes ense domare viros:
Non nisi cœlestes in vestro corpore divi
Talia pro summo Cæsare bella gerunt.

V.

Hic ago, non unis obseptus obambulo curis,
Spectans vicini tristia fata mei:
Cujus crudeli depalmat Satrapa vultum
Per totumque ferit vulnera multaque caput.
Indeque culpatus, respondet atrociter: illa
Qui tulit, is rursus Vulnera multa facit.

VI.

Cur tot quæso coquis diras, miserosque colonos
Odis & hostili duriter ense feris?
Cur non ultrices stygio sub vespere flammas
Fumida Tisiphones claustra facesque times?
Hic ubi sulphureis pallens furit ignibus orcus,
Horrendumque tonant atria sæva Jovis.

VII.

Non alicum, betasque leves, nec oluscula, carnes,
Fumatasque meus Quadruplicator edit:
Perdices tantum, pisces, ustosque capones,
Quicquid & ipsius uncta patella tenet.
Fertilis Euphrates, Calydonia sylva, paratu
Has vomicas possunt vix satiare suo.

VIII.

VIII.

Scrupula, Vultur edax, auri tibi plurima, multa
  Vinaque ſub priſco Cæſare nata fero:
Indumenta tuis ſervis & Ephippia, quicquid
  Et tua lautitiæ menſa requirit, emo.
Inſuperabiliter fa•io dum cuncta, tamen me:
  Semper iners inquit vappa, nihil facere.

IX.

Trux Tigris ſatis eſt auratis unguibus, omnes
  Centaurusque ferox terret in Orbe feras.
Lynce quid aſperius, Leo quid te ſævius, una
  Atque Lupo qui tot nocte cruentat oves?
Sed meus eſt miles quem lacto, ferocior omni
  Tygride, centauro, lynce, leone, lupo.

X.

Si mala fata meo poſſem clamore levare
  Et procul humana voce fugare malum:
Treis quatuorque meo Leucas clamore replerem,
  Ut foret in multis vox mea nota locis
Sed quid ago? ſurda patientia percipit aure;
  Quod loquor, invitum meque tacere jubet.

XI.

Quid fremitis populi, qui tot diſcordibus iis-
  Ducitis in patrium bella cruenta ſolum?
Ipſe rebellantes Deus odit atrociter hoſtes,
  Et ſtygio durum delet id igne genus.
Non etenim capiti ſua membra reſiſtere debent,
  Corpus in humanum qui furit, ille perit.

XII.

Fului nuper ego ſum factus amantior auri,
  Teque magis luctum denariumque ſequor.

Nam quoties dicto miles ſibi tempore nummos
Poſcit, & argenti cernit adeſſe nihil,
Mox furit, atque mihi convitia plurima dicit,
Inque meum jactat verba ſceleſta caput.

XIII.

Armatas toties in agris aluiſſe cohortes
Civis inexpertus rem putat eſſe levem.
Sed veluti ſtipulas ignis conſumit inanes,
Et vorat in medio quernea ligna foco:
Sic & divitias perdit res bellica noſtras
Atque brevi magnas tempore vaſtat opes.

XIV.

Caſtra mihi ſordent, veluti frumenta molaris
Cogit & undarum vi data grana teri.
Sic humana ferox Mars membra manusque pedesque
Inſtar inexpleto commolet ore molæ.
Arma ferunt reliqui gladiosque famemque ſitimque
Et mortem pariter nocte dieque timent.

XV.

Quam locus infelix, longèq; miſerrimus hic eſt,
Miles ubi ſedes hoſpitiumque tenet?
Nil decor & virtus, nihil hic Thymbræus Apollo,
Nil ſchola vel pietas jusque Deusque valent.
Nil pecoris manet hic, nil reſtat farris & æris,
Nulla nec in cultis creſcit ariſta locis.

XVI.

Qui vaſtas patriam tam ſæpe rebellibus armis,
Et ſtudium duræ ſeditionis amas,
Pone ſupercilium bellique relinque cruorem,
Non avibus quod agis ſuſcipis omne bonis.

Quot

Quot ſtellas etenim ſub nocte revolvit olympus,
Tot videt invictos Cæſar in Orbe viros.

XVII.

Nunc te ſexcentis urgebo precatibus, orbem
Qui regis æterna cunctaque regna manu:
Ad Sporadum ſcopulos, ultra Tanaimque nivalem
Tam formidatos quæſo repelle viros.
Aurea fac redeat pax atque ſalubrior annus,
A te namque ſalus pax & amica venit.

XVIII.

Quæ tua ſit bonitas, pax & concordia, dignis
Non mea carminibus Muſa referre poteſt.
Obrizo melior pax eſt & amantior auro
Par prior ætherei poſteriorque chori.
Et patriæ quondam noſtræ decus, Ornamentum,
Nunc tamen es præter nomen inane, nihil.

XIX.

Pax alit agricolas, pecudes conſervat agreſtes,
E quibus & dulcem præbet in Orbe cibum.
Omnia conſervans mundum tot fructibus auget,
Implet & innumeris regna viroſque bonis.
Intra divitias & opes quas continet orbis
Et bona totius ſunt ſine pace nihil.

XX.

Quam rigidos metuo brachati militis enſes,
Spicula quæque ferox armaque Lixa gerit.
Armato facies non eſt truculentior ulla
Milite, nec patriam ſævior ira premit.
Tolle paludatos graſſatoreſque feroces
Hos Deus, aut animæ rumpe capiſtra meæ.

XXI.

Sed nunc illuxit Zephyris hæc hora secundis,
Qua postliminio pax renovata redit.
Dux, Lituusque novum designat tempus eundi,
Ardet & in patriam miles abire suam.
Æole, bacchantes animasque reconde nivosas,
Miles ut hoc felix ingrediatur iter.

XXII.

Nunc vexilla jacent, clypei franguntur ut ollæ
Nunc galeas ignis castraque tota vorat.
Signifer ingenti meus altior abiete, triste
Extremumque mihi dicit abitque vale.
Vade malis avibus, pestis febresque bibaces
Sint comites vitæ, psoraque sæva tuæ.

XXIII.

Atra colluvie nunc discedente, remansit
In cella nil quam fex & amurca mea.
Nilque domi video quam vasa refracta, minutam
Invenioque salis vix ego particulam.
Regis opus, auri massas mentesque requirit.
Et perdit spatio miles id omne brevi.

XXIV.

Vix operis toto quicquam reperitur in Orbe,
Quod maneat dulci te sine pace diu.
Te labor & somnus, potusque cibusque requirit,
Te cupit esuries, te quoque nostra sitis.
Te rex, te populus, civis, tristisque colonus
Teque fretum, cælum poscit & omne solum.

XXV.

Salve læta dies, pax aurea, mellea salve,
Tuque peroptatæ pacis amica quies.

Te

Te ſine nil pulchrum, ſine te nec amabile quicquam,
Te ſine nulla dies, nec mihi Vita placet.
Te volo, te ſtabili pacem complector amore,
Te veneror, verâ te pietate colo.

XXVI.

Quot Scythicos video gladios, Geticosque ſariſſas,
Haſtas Oebalios Threiciasque trabes,
Ceſtus, falcatos enſes, Lyciasque bipennes,
Arcus, corithos, tela triſulca, globos.
Quot tormenta vomunt nitroſaque fulmina, ſævi
Tot rabies Martis ſpicula Mortis habent.

XXVII.

Pejus Militia non conſpicit Africa monſtrum,
Igne nec exundas Styx, nec Avernus olens.
Gaudia pax in ſe complectitur omnia cœlum
Nil melius dulci pace nec Orbis habet.
Noſtra ſit, hac maneat Germania pace, tot annos
Magnos, quot priſci Sphæra Platonis habet.

Autor ægrotans.

Fama, fames Vatum ſunt præmia; reſpuo fam[illegible]
Dumq; cibi Stomachus nil caput, opto famem.

Ad Animam ſuam.

Fotus es, æternusque vigor, Veſtalis es ignis,
Inque peregrino cælica flamma foco.
Hanc mihi Cælicolæ flammam ſuper æthera, corpus
Tollite, quando perit, reddite, quando redit.

F I N I S.

L. S.

Errata *Typographica* non-una tranſeunte ſaltim oculo jam præter opinionem notavi, quæ homines ἅμα πρόσσω, καὶ ὀπίσσω ὁρῶντες fruſtrà ac ingratiis beato Authori imputarent, cum in ejus αὐτογράφῳ non inveniantur; Nec etiam in me Editorem culpam *legitimè* rejicerent. Nam variis negotiis quotidiè diſtineor, ut non ſemper potuerim omnes pagellas *curatiùs* relegere, & corrigere; at imò *oculatiſſimis* iſtis etiam interdum deſunt *Oculi*. Verùm ne *Apologiam* opuſculi hujus videar moliri, cùm ei dica nondum ſcripta ſit, totam cauſam tuæ, *Lect. Cand.*, humanitati planiſſimè committo.



